potest dici et melius quod idem dictum est iudicibus, ut scilicet facerent talem vindictam in malefactoribus. Hoc autem, scilicet non resistere malo dictum est subditis, scilicet illis quibus malum infertur ab aliis, et non est contrarietas. Et quod ita sit satis apparet ex textu Exo. vicesimo primo. **Quomodo intelligis : non resistere malo ? Necessarie habes dicere : non resistere malo , id est non revindicare, et ita verum est. Et hoc idem precipit Deus Veteris Testamenti (Lev. 19,18) Levitici decimo nono : "Non queras ultionem, etc...". Dico autem quod istud est consilium Novi Testamenti non resistere malo, quod probatur per hoc quod dicitur sequenter : "Si quis te percusserit". Hoc vero ipse Christus in se non servavit, sed dixit (Joh. 18,23) : "Si male locutus sum, perhibe, etc...". Si dicis : Deus non astringitur legibus suis, sicut nec rex terrestris, audi Apo- (F° 98 r°) tolum eius Paulum, Actu vicesimo primo (23,3) cum percuteretur non dedit aliam maxillam, sed dixit: "Percutiet te Deus, paries dealbata". Non fuit hoc prebere maxillam. Quod autem debeat ibi esse "percutiat" et non "percutiet" probatur per hoc quod sequitur : "Summum sacerdotem Dei maledicis ?" (23,4). Paulus autem non dixit : "non maledixi", sed dixit "nescivi", id est non approbavi quod princeps est sacerdotum, quia contra Legem precipiebat eum percuti. Ex his potest hoc esse consilium, non preceptum.**

Item dicit ibi "oculum pro oculo" quod lex non est fomes furoris sed limes. Non enim precepit Deus Veteris Testamenti vindictam, sed si infirmitate humana ad eam deveniatur, limitavit eam ne pro uno oculo vindicaret in duos. Dicimus ergo quod li autem non est adversativum, nec destructivum, sed resistivum. Nulli autem private parere licuit revindicare sed^a (F° 98 v°) Legem, nisi in uno casu, scilicet si occisi frater inveniebat occisorem iuxta urbem refugii, tunc licebat ei illum occidere. Hec autem licentia restringitur per illud "autem".

Item ad idem Exodii vicesimo primo (21,23) dicit Deus Veteris Testamenti : "si occiderit quispiam proximum suum, dabit animam pro anima". Deus aute Novi Testamenti dicit Luce (9,56) : "Non veni animas perdere sed salvare".

Solutio : Ibi sumitur anima pro vita corporali, non pro spiritu humano, qui ab homine occidi non potest. Unde Paulus in Actibus (20,24) : "Non facio animam meam pretiosorem quam me". De vita ergo corporali id intelligitur "anima pro anima". Justitia est enim ut quis alium privavit vita corporali, ipse privatur propria vita. Deus autem Novi Testamenti (F° 99 r°) intellexit de spiritibus humanis. Non sunt ergo contrarii.

Item Ioannis primo (1,18) "Nemo Deum vidit unquam", et ad Thimoteos^b (1 Tim. 6) "Quem nullus hominum vidit". At e contrario Deus Veteris Testamenti dicit Deuter. Tertio (Num. 12,6) "Si quis fuerit inter vos propheta, etc..." et paulo post : ut non talis servus meus Moyses etc...", et infra : "ore ad os loquitur^b ei, et palam non per enigmata et figuras Deus videt".

Solutio : Deum nullus mortalis vidit in sua existentia in isto statu mortalitatis, iuxta illud : "Non videbit me homo, et vivet" (Ex. 33,20), vita scilicet corporali, sed in subiecta creatura, scilicet in specie angelica, visus est, sicut legitur Actuum septimo (7,30) quod apparuit ei angelus in igne flamme rubi", et cum vellet appropinquare, "facta est vox Domini ad eum, dicens ; Ego Deus patrum tuorum". Ad hoc facit quod Christus dicit Iohannis decimo quarto (14,8) quod Philippus (F° 98 v) diceret Domino : "ostende nobis Patrem, et sufficit nobis". Philippe, inquit, qui videt me vidit et Patrem meum, quia Pater in me est". Se ostendit Patrem non in sua essentia, sed in se creatura in quantum homo.

a. Corr.: secundum.- b. Corr.: loquor.-

Item ad idem **Levitici vicesimo sexto (26,7) : "Persequemini inimicos vestros"** et e **contra Mathei quinto (5,9) : "Beati qui persecutionem patiuntur"**, et iterum : **"Cum vos persecuti fuerint in unam civitatem, fugite in aliam"**. Ille precipit persequi inimicos, iste fugere.

Solutio : Iste docet pati persecutionem **propter iustitiam**. Ille precipit persequi inimicos propter iustitiam. Unde non sunt contrarii.

Item **Deus Veteris Testamenti precipit sibi immolari animalia** et in illis delectabatur sacrificiis. **Deus autem** prophetarum scilicet **Deus Novi Testamenti** secundum aliam translationem dicit in Psalmo (38,9) : **"Hostiam (F° 100 r°) et oblationem noluisti, corpus autem aptasti mihi, holocaustomata pro peccato tibi non placeant"**. **Ille Deus talia precipit, iste respuit, ergo, etc...**

Solutio : **Propheta qui hec verba dicit : "Hostiam et oblationem etc..." ad tempus gratie respicit, ad tempus Christi quo omnia cessare debuerunt alia. Et quod ad illud tempus referantur ipsa verba, probant^a per litteram quam inducit Apostolus que habetur Hebr. nono (Heb. 10, 1) : Ingrediens enim mundum dicit : "Hostiam et oblationem noluisti etc..."**. Patet ergo quod Spiritus sanctus, ymo ipse **Christus** et propheta in persona Christi **loquebantur hec verba**, ac si esset **in tempore ingressus Christi in mundo**. Nam ei omnia futura erant et presentia. **Nos autem de plano concedimus quod hec omnia legalia sacrificia post adventum Christi cessare debuerunt, quemadmodum legitur ad Colossenses (2,17) quod fuerunt "umbra futurorum, corpus autem Christi"**, et Romanorum sexto (7,4) : **"Vos autem mortificati estis Legi per corpus Christi. Postquam enim venit corpus cessavit umbra.**

Item ad idem **Deuteronomii decimo tertio (13,8) : Si surrexerit de medio tui prophetes, etc..., et ita interficietur"**, et iterum : **"non parces ei oculus tuus ut miseraris et occultes eum, sed statim interficies"**. Deus autem Novi Testamenti **contra dicit : Estote misericordes etc..." (Luc 6,36)**, ille non miserari, ergo, etc...

Solutio : Deus Veteris Testamenti precipit hereticum interfici per verba que obiicis, ut patet ex ipsa littera : **"locutus est, inquit, ille propheta, ut non averteret eos, etc..."** . Hoc autem preceptum Veteris Testamenti confirmatum est in Novo Testamento (F° 101 r°) prima Thimotei primo (I Tim. 1,8) : **"Scimus autem quia bona est Lex, si quis ea legitime utatur, scientes hoc quoniam iusto non est Lex posita sed iniustis et non subditis, patricidiis, homicidis, etc..."**, que omnia etiam in Lege prohibentur et iudicare iubentur. Ecce Lex que precepit vindictam de talibus confirmata est in Testamento Novo per Apostolum. Quod autem Deus^b dicit (Lc 6,38) : **"Estote misericordes"** privatis personis dicit **"miserestis^c iustitie"**, qui qui^d tunc misericordes esse debent affectu compassionis, quia ita operibus Domini debet esse misericordia et veritas. Misericordia autem nunquam debet iustitiam impedire.

(HERETICUS CONTRA MATHEUM^e) – **Deus Veteris Testamenti (F° 101 v°) dicit Gen. 9,1) : "Crescite et multiplicamini"**, **Geneseos octavo. Deus autem Novi Testamenti dicit Luce decimo octavo (21,23) : "Veh pregnantibus et nutrientibus in diebus illis"**, et in eodem **vicesimo (23,29) : "Beate steriles, que non gerent^f**. Item **Mathei quinto :**

a. Corr.: probatur.- b.Sic.- c. Sic.- d. Suppr. : qui.- e. Corr.: matrimonium.- f. Sic.-

"Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, etc...". Ecce iste precipit coitum, iste prohibet omnem coitum, tam uxoris quam mulieris alterius. Mulier enim utile est unum^a. Igitur ipsi sunt sibi contrarii.

Solutio : Deus^b non dixit "Beate steriles", sed "venient dies in quibus dicent : "Beate steriles", et predicat destructionem Iherusalem, de qua etiam legitur Luce decimo octavo (21,20) : "Cum videritis Iherusalem circumdari ab exercitu, tunc scitote quia prope est desolatio eius; tunc qui in Iudea sunt fugiant, etc..." Et infra : "Veh autem prenantibus^c et nutrientibus, quia (F° 102 r°) dicit "Beate steriles," quare expedite erant ad fugam. Ve autem dupliciter pregnantibus et nutrientibus in illis diebus, unum Ve quia parvuli qui pendent ad ubera et qui sunt in utero ab uberibus distrahi et occidi. Propter hoc nihil habes contra Matheum^d nec habes quod fecunde sint maledicte, quare dicit "Beate steriles".

Ad id : "Qui viderit mulierem etc...", **intelligi debet de muliere non uxorata**, quod potest ex vilitate, quare dixerat Deus^c "Dictum est antiquis : non moecaberis. Ego autem etc...". Unde concupiscengiam aliene non proprie prohibet Dominus, et sic non sunt contrarii.

Item **Mathei vicesimo**, Luce vicesimo secundo (*Math. 20,25; Lc 22,25*) **"Scitis quare^e principes gentium eorum et qui maiores sunt etc..."** et postea prima^f : **"non ita erit inter vos"** sicut inter gentes. Ecce iste reprobatur principatum et dominationem, ille probatur, etc...

Solutio : Lege precedentia^g et videbis causam quare Deus sic locutus est. Dicitur enim Mathei vicesimo (Lc 22,24) quare^f "facta est contentio inter illos in via, quis eorum videretur esse maior", et tunc Dominus per illa verba reduxit eos ad humilitatem. Non autem dixit : non hoc erit inter vos, scilicet prelatio, sed non erit ita inter vos sicut inter gentes, ut qui maiores sunt velint propter hoc dominari, sed potius qui maior erit inter vos sit sicut minister, "sicut Filius hominis non venit ministrari sed ministrare" (*Math. 20,28*). Unde dicit Angelus : "Ille autem qui preest non se existimat caritate dominante, sed caritate serviente felicem"^h.

DE USURA – (F° 103 r°) Item **Deuteronomii decimo quinto (15,6) : "Multis gentibus hic concedit usuram. Deus autem Novi Testamenti prohibet in Luce sexto (6,35): "Date mutuuum nihil inde sperantes". Ergo sunt contrarii.**

Solutio : Fenerari equivocum est ad mutuuum et ad usuram. Cum autem dicitur : "Fenerabis multis gentibus, intelligendum est ex ipsa littera, id est mutuabitis. Sequitur enim : Et tu a nemine mutuuum accipies", et infra : "Aperies manum tuam et dabis mutuuum, quod dabis, ita habebis si precepta mea servaveris, ita quod aliis mutuabis, etiam gentibus, et tu a nullo mutuuum accipies.

QUOD DEUS TEMPTAT - Item **Geneseos duodecimo temptavit Deus Veteris Testamenti (F° 103 v°) Abraham (22,1) Deus Novi Testamenti "neminem temptat" (Ia. 1,13). "Ipse intentator malorum est". Ergo sunt contrarii.**

a.Sic.- b. Sic.- c.Corr.: pregnantibus.- d. Corr.: matrimonium.- e.Corr.: quia.- f.Sic.- g. Lege precedentia – Solutio ms.- h. Sic.-

Solutio : "Potest responderi heretico : "Dominus temptat", id est non hominem, hoc est peccatorem, qui non est homo, quia homo mortuus non est homo. Et quod sic intelligitur probatur per hoc quod sequitur (*Ja. 1,13*) : **"Deus autem intemptator mali est"**. Abraham autem fuit bonus, ita nulla contrarietas. Quod autem fuerit probatur per id Ioh. (*Joh. 8,39*) ; "Si filii Abraham estis", et Romanorum quarto (*Rom.4,1*) et Galatarum in pluribus locis (*Gal. 3*). Si dicis : ille temptavit eum de malo, quare^a de interfecione Isaac, respondeo autem : Isaac erat innocens aut non : non innocens, secundum te, quia ante resurrectionem Christi non fuit ali- *F° 104 r°*) quis innocens, nondum erat Spiritus datus, quia nondum erat Christus glorificatus. Ergo fuit malus, ergo non fuit malum eum occidere, ut dicit Paulus (*Rom. 3,5*) quia^a "iniquitas nostra iustitiam Dei comendat", id est commendabilem ostendit. Non est ergo Deus ille malus, quia temptavit de occisione mali. Aliter Deus temptat ad probandum, unde temptat nos Dominus Deus noster, neminem temptat ad decipiendum, unde "intemptator malorum est".

Preterea probo quod Deus ille de bono temptavit Abraham, et quod Abraham bonus erat. Interficere enim Isaac ad mandatum Dei bonum erat, quia ad hoc movebat eum fides, sicut legitur Hebr. Undecimo (*Heb. 11,17*) : "Fide obtulit Abraham Isaac, arbitrans quia a mortuis suscitare potens est Deus". Quod autem illa fides sit bona probatur (*F° 104 v°*) Heb. Vicesimo Geneseos^b "Fide filii Dei sumus" et infra : et ex illa fide "testimonium consecuti sunt senes (*Heb. 11,2*) inter quos computatur Abraham. Ergo bona fuit fides eius, nec potuit movere ad malum, sed movit Abraham ad hoc, ergo hoc fuit bonum. Preterea probo quod ex illa voluntate quam habuit interficere Isaac meruit. Legitur enim ad Galatas (*3,6*) : **"Credidit Abraham Deo et reputatus est ei ad iustitiam"**. Ergo illa voluntas bona fuit quam tunc credidit cum "Accipe filium tuum quem diligis, Isaac" Geneseos vicesimo secundo (*Gen. 15,6*) et illa voluntas reputata est ei ad iustitiam. Ergo bonus fuit.

Item ad idem Deus Veteris Testamenti dicit : **"Veniam ad te in caligine nubis"** (*Ex. 19,9*). **Deus autem Novi Testamenti habitat lucem inaccessibilem"**, ut legitur Hebr. 1 (*I Tim. 6,16*). **Ergo sunt contrarii.**

Solutio : (*F° 105 r°*) **Idem est lux inaccessibilis quod caligo quantum ad nos. Lux inaccessibilis dicitur quia que ad cognitionem divinitatis pervenire nequimus, caligo quia abscondit nobis ipsum Deum ne eum videamus.** Unde Psalmista (*Ps. 96,2*) : **"Nubes et caligo in circuitu eius"**.

HERETICUS DICIT QUOD NON EST IURANDUM - Item ad idem Mathei quinto (*Math. 5,34*) : "dictum est antiquis : non periurabis. Reddes autem Deo iuramenta tua. Ego autem dico vobis non iurare omnino". Quod ille concedit, iste prohibet. Ergo, etc...

Solutio : Verum est quod Iudei quibus dictum est "non periurabis" dummodo redderent Domino iuramenta, id est per Deum iurarent, et non per idola, et dum- (*F° 105 v°*) modo non venirent contra iuramentum quodcumque est et quotienscumque iurarent non credebant peccare, quia non erat eis in Lege prohibitum propter ipsorum ruditatem, et ideo indifferenter iurabant. Sed Dominus hoc restringit, dicens : "Ego autem dico vobis non iurare omnino", id est pro omni tempore omni modo et in omni loco et in omni tempore^a, sed de hoc quod Deus non prohibuit iuramentum suo loco plenius disseremus.

a. *Corr.*: quia.- b. *Sic*.

Item Exodi vicesimo primo (21,23) : "**Maledictus omnis qui pendet in ligno**". Sed Paulus dicit Gala. quarto (3,13) : "**Christus nos redemit de maledictione Legis, factus pro nobis maledictus**". Ergo Deus Veteris Testamenti quem dicis Patrem Christi maledicit Christum. Sed constat quod pater non **maledicit filium**. Ergo ille non est pater eius, hymo est malus, et ei contra- (*F° 106 r°*) rius cui maledicit.

Solutio : Verum est quod Deus Veteris Testamenti maledicit filio suo Christo, sed maledictione pene, non culpe, est dicere maledictus, id est malo pene additus. Ideo quia sufficiens erat crucis et mortis tormentum quod sustinuit pro humano genere, precepit ut eadem die deponeretur, si moriebatur. Sed si obiicis quare Deus Veteris Testamenti Christum maledixit, dico quia plus fecit Christus^a Deus Novi Testamenti. Dicit enim Apostolus quod "**fecit eum pro nobis peccatum, qui non noverat peccatum**" (*Rom. 8,32*) et est intelligendum secundum peccatum, id est hostiam pro peccato qui non noverat peccatum per experimentum, et iterum : "Factus est obediens usque ad mortem" (*Phil. 2,8*). Ergo Pater precepit eum mori qui "proprio filio non pepercit" (*Rom. 8,32*); sed plus est non parcere, mori precipere (*F° 106 v°*) quam maledicere.

Item ad idem Deus Veteris Testamenti promittit terram et "ibi dabo vobis "**terram fluentem lac et mel**" (*Gen. 15,18; Ex. 3*), ecce deliciae terre. Deus autem Novi Testamenti promittit regnum celorum, requiem eternam, delicias celestes, ut ibi : "**invenietis requiem animabus vestris**" (*Math. 11,19*). Ergo ipsi sunt diversi et contrarii.

Solutio : Eadem est utraque promissio sicut est ab eodem. Lex enim spiritualis est ut habetur Romanorum sexto (*Rom. 7,14*) et ideo spiritualiter intelligenda. Et quod idem promittatur hic et ibi probatur Heb. Quarto (*Heb. 4,3*) : dicitur "Egrediemur enim in requiem illam", quemadmodum dixit Deus, scilicet per contrarium, quibus : "iuravi in ira mea si introibunt in requiem meam" (*Ps. 94,11*). Sed illa requies promissa fuerat Iudeis quibus iratus fuit Deus propter peccata sua quadraginta annis (*F° 107 r°*) ut ibidem, et idem iuravit quod non introirent in illam requiem. "Ingrediemus", dicit Apostolus, est ergo eadem hoc et illa promissio.

Item ad idem Deus Novi Testamenti dicit Masthei sexto (*Mat. 11,29*) : "Iugum meum suave est, et onus meum leve". Deus autem Veteris Testamenti inponit iugum inportabile Deuteronomii vicesimo octavo, ubi maledicit illos qui non servarent illa que preceperat (*Dt 27*). De quo iugo dici Petrus : "Cur vos **imponere temptastis** nobis **iugum quod nec vos nec patres vestri portare potuistis ?**" (*Act. 15,1*). Ergo sunt contrarii.

Solutio : Verum est quod Deus Veteris Testamenti maledictionibus multis non servientibus precepta sua, sed totidem benedictionibus aut pluribus benedixit ea servantibus. Si dicis quod erant inportabilia per verbum Petri, dico quod non est verum. Intelligendum (*F° 107 v°*) est enim "portare non potuimus", id est vix potuimus; quod enim dicit non notat difficultatem, non impossibilitatem. Unde sensus est : "non potuimus", id est vix potuimus. Similem modum loquenti habet Petrus capite secundo (*II Petr. 6,11*) : "ubi angeli fortitudine et virtute cum sint maiores, non portant adversus se execrabile iudicium", id est vix portant. Data autem fuit Iudeis Lex gravis et difficilis, ad ipsorum duritiam et superbiam retundendam.

a. *Corr.*: Christo.-

Item ad idem Exodi quarto (3,13) : "**Si dixerint mei^a quod est nomen eius qui misit me, etc...**", respondit **Dominus** : "**Sic dicens^b ad eos : Qui est qui^c misit me ad vos**". Ecce Deus Veteris Testamenti translator est qui nolens nomen suum manifestare, sed dicit: "**Qui est etc...**". **Itam** enim asinus et **bos** est qui est. **Deus autem Novi Testamenti nomen suum** manifestavit per angelum suum, Luce secundo (Lc 1,31) : "**Et vocabis nomen eius Iesus**", ut inquit.

Solutio : Non potuit Deus ille melius manifestare nomen suum. Est enim dictum : "Ens est nomen meum". In Deo enim tantum Deus est quod est et quo est. Deus enim est suum esse quod non est aliud. Omnia enim animalia habuerunt ab eo suum esse, tu autem homo non percipis ea que Dei sunt. Hoc etiam dicit Apostolus Cor. (II Cor. 1,19) : "**In illo est**".

Sed <contra : Si diversitas nomen eius et illius, ut dicitur Iesus, ergo et in se diversi sunt. – Solutio ...^c.

II

CIRCA SECUNDAM SPECIEM VEL RADICEM QUE EST MUTABILITAS, VIDETUR FUISSE IN DEO VETERIS TESTAMENTI, sic obicitur : Deus Veteris Testamenti dicit Genesios sexto (6,7) : "Penitet me fecisse hominem". Ecce qualis Deus penitet de opere suo. Ergo mutatur. Preterea penitentia de peccato, ergo si penitet peccavit, ergo malus fuit. (F^o 108 v^o) Solutio : Constat quod Deus Prophetarum est bonus. Ipse enim est Deus Novi Testamenti. Unde Hebreorum primo (1,1) : "Multipharie multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis, etc...". Sed in Ihere. Octavo (Jer. 26,2) dicit ille Deus : "Si egerit gens illa penitentiam a malo suo, agam et Ego penitentiam a malo quod cogitavi, ut facerem eis". Si igitur non est malus Deus Prophetarum qui penitet, nec hoc Deus Veteris Testamenti malus penitere potest. Dicitur hic et illic, quare ad modum penitentie se habet^d Deum vindicat peccata. Item si dicis : Qualis est Deus Veteris Testamenti qui penitet ?, et ego quero qualis est Deus Novi Testamenti qui irascitur et indignatur, qualis est ille, talis est iste. Dicit enim Apostolus Romanorum quarto (Rom. 1,18) : "Revelatur ira Dei de celo super omnem impietatem et iniustitiam hominum", (F^o 109 r^o) et Marci quarto (Mc 3,5) ubi dicitur quod Pharisei observabant eum si sabbatis curaret. Subiungitur : "Et circumspiciens eos cum ira contristatus est super cecitatem cordium eorum. Ecce contristatur et irascitur. Quod autem indignetur dicitur Marci decimo, ubi dicitur quod discipuli prohibebant illos qui offerebant ei parvulos (Mc 10,13-14) : "quos cum vidisset, indigne tulit", et prius^d : "Avertisti ab ira indignationis tue", et iterum (Ps. 6,2) : "Domine, ne in furore tuo arguas me etc...". Dico ergo quod idem est Deus hic et ibi, qui irascitur et penitet. Sed attendum est quare penitet et quando et quomodo super cecitatem cordium eorum". Ecce contristatur et irascitur. Sicut enim legitur (Gen. 5,5) : "Videns Deus quod multa malitia hominum esset in terra etc..." et infra : "Omnis quippe caro corruerat viam suam", quomodo potest dici quod sit malus qui penitet propter malitiam quam videt in hominibus quos fecit ? Certe si malus (F^o 109 v^o) esset, gavisus esset quod fecisset eos sicut et de malitia gaudet. Nunc dixit bonus et sanctus Deus : "Penitet me fecisse hominem", id est ad modum penitentis habeo me, quia homines quos feceram doleo, et quos feceram potentes non mori si vellent facio mortales et passibiles

a. Corr.: mihi.- b. Corr.: dices.- c. Lacune.- d. Sic.

propter peccatum suum. Vel sicut Doctor Ecclesie : bene penitet me fecisse hominem, id est pena pro homine facta tenet me. Previderat enim se pro peccatis hominum penam mortis passurum.

Item ad idem **Exodii tricesimo secundo (32,10) postquam filii Isarel adoraverunt vitulum dicit Deus ille Moysi : "Dimitte me, ut irascatur furor meus contra eos", et infra: "Placatusque est Deus ne faceret malum quod locutus fuerat adversus populum suum". Ecce quod mutabilis est Deus Veteris Testamenti. Deus autem Novi Testamenti non inmutatur iuxta illud (F° 110 r°) Iacobi primo (1,17) : "Omne datum etc..." et infra : "Apud quem non est transmutatio, etc..."**.

Solutio duplex est : Malus culpe et pene. Solet enim dici : "iste facit malum" quando committit homicidium, et iste habet malum, quando habet febram. Loquitur autem scriptura de male pene; quod autem mutabilem ipsum dicis, dico quod illa mutabilitas non est in eo sed in nobis. Secundum enim varietatem temporum et merita male facere vult pene^a peccantibus, modo vult placari ipsis penitentibus. Huiusmodi inmutabilitas invenitur in Deo Novi Testamenti sicut in Deo Veteris Testamenti. Dicitur enim Mathei undecimo (*Math. 10,5*) : "In vias gentium non abieritis, et in civitatem Samaritanorum non introieritis", et post dicit in fine Mar. (*Mc 16,15*) : "Euntes in mundum universum, predicate Evangelium omni creature". Unde et apostoli postmodum (*F° 110 v°*) in gentibus et in Samaritanis predicaverunt. Si igitur iste non est mutabilis, nec ille.

Item ad idem **Exodii vicesimo (II Reg. 12,13) : "Ecce Ego suscitabo super te malum de domo tua, et tollam uxorem tuam et dabo proximo tuo", id est filio tuo. Ecce non solum mecationis quam ibi prohibuit, sed etiam incestus est propagator ille Deus, ergo malus est et mutabilis.**

Solutio : Hoc facit Deus permissive, non autoritate. Iusto autem iudicio hoc permisit.

Item ad idem **Exodii vicesimo primo (20,4) : "Non facies tibi sculptile nec aliquam similitudinem", et infra vicesimo quinto (25,18) : "Facies duo cherubim aurea". Ecce quanta mutabilitas : Facies et non facies.**

Solutio : Sensus est : non facies ad adorandum, ut ibi aliquid divinum putes. Et hoc patet ex vi littere. (*F° 111 r°*) . Sequitur enim : "ibi **non adorabis ea**", videlicet **colis. Cherubim** aut^b precepit fieri ad cultum et laudem et honorem suum.

III

DEUS EST CRUDELIS - Circa tertiam radicem que est crudelitas. Que in Deo Veteris Testamenti apparet obiicitur sic : Qualis est Deus ille qui tot milia hominum submisit^c in diluvio, etc... Habetur Geneseos sexto, et in mari rubro, Exodi decimo quinto (14) et in deserto et in multis aliis locis. Si dicis quod non est crudelitas punire malos, etc..., quero si erat omnipotens et omnisciens, sciebat omnes peccaturos et futuros malos, et propter hoc damnandos. Quare ergo fecerat eos ? Nonne **crudelis est, qui homines ad hoc fecit ut perdat (*F° 111 v°*)**

a. *Sic.*- b. *Corr.*: autem.- c. *Corr.*: submersit.-

Solutio contra Catharos et contra Bugaros qui dicunt Deum Novi Testamenti fecisse bonos angelos et malos. **Quero ego quare fecit Deus angelos quos sciebat futuros malos et perpetuo supplicio damnandos** sicut dicit Petrus secundo (*II Petr. 4*) : "**Si enim Deus angelis peccantibus non pepercit** etc... **Similiter quero** ab Albiensibus qui dicunt Deum bonum fecisse bonos angelos, malus malos, **quare Deus bonus fecit homines quem presciebat peccaturos, cum sciret unigenitum** suum pro nobis moriturum.

Preterea probo quod Deus Novi Testamenti est ille qui occidit eos. Dicit enim Stephanus Actuum septimo (*Act. 7,2*) "Deus glorie apparuit patri nostro Abraham", et infra: "Deus misit Moysen principum et redemptorem cum manu angeli qui apparuit ei in rubo". "Hic eduxit nos, faciens prodigia et signa in terra Egipti (*F° 112 r°*) et in mari rubo et in deserto quadraginta annis etc...". Quod autem iste sit bonus Deus et Deus glorie beate probat Paulus Actibus decimo tertio (*Act. 13,17-24*) : "Deus plebem Israel patres nostros et plebem exaltavit, cum essent incole in terra Egipti et in brachio excelso eduxit eos ex ea, et per annorum tempus quadraginta mores eorum sustinuit in deserto et destituens^a gentes septem in terra Canaan, sorte dimisit eis terram eorum quas^b port quadringentos quinquaginta annos, et post hec dedit illis iudices usque ad Samuelem prophetam. Et exinde postulerunt regem, et dedit eis Saul filium Cys... et amoto illo suscitavit eis David regem, cui et testimonium perhibens dixit : Inveni David filium Iesse virum secundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas. Deus ex semine secundum promissionem eduxit Israel salvatorem Iesum, Ioanne predicante ante (*F° 112 v°*) faciem adventum eius baptismum penitentiae" in remissione peccatorum. Ecce duo testimonia quod hic est pater Iesu Christi, qui ex semine David eum duxit, et qui hec omnia fecit per eum.

Item quod Christus ipse fuerit qui has occisiones fecit probat Paulus prima Corinthiorum decimo (*I Cor. 10,9*) : "Non temptemus Christum sicut quidam eorum temptaverunt, et a serpentis perierunt", et dicit ibi Apostolus : "Hec autem in figura contingebant illis ut non simus concii", id est malorum. Si enim malus fuisset, non fecisset quod tolleret a nobis concupiscentiam, sed potius quod auget eam.

Preterea subdit (*I Cor. 10,11*) : "Scripta sunt autem ad corruptionem^c nostram". Scribere erat bonum, igitur Moyses, qui hoc scripsit, fuit bonus, et Deus qui hoc iussit bonus. Idem probat Iudas primo (*Iud. 5*) : "Commonere autem volo vos fratres, scientes (*F° 113 r°*) semel omnia quoniam Iesu populum suum de terra Egipti salvans, secundo eos qui non crediderant perdidit", et ne forte dicas quod iste Iesus sit Iosue, audi quid sequitur (*Iud. 6-7*) "Angelos vero qui non servaverunt eius principatum sed deliquerunt suum domicilium in iudicium magni diei vinculis eternis servavit, sicut et Gomorra et Sodoma et finitime civitates, simili modo et fornicatores abeontes post carnem alteram facte sunt exemplum ignis eterni penam sustinentes". Hoc vero^d potes dicere quod fecerit Moyses vel Iosue.

Item quod occisiones ille ex divina iustitia processerint et Deo placuerunt probat Paulus ad Hebreos sexto articulo (*Heb. 7,1*) dicens quod "Melchisedech rex Salem Dei summi obviavit sacerdos Abraham regressu a sede^e regum, cui et decimas omnium Abraham divisit". Quod autem Melchisedech bonus fuit apparet ex hoc quod Christus est sacerdos (*F° 113 v°*) in eternum secundum ordinem Melchisedech (*Heb. 5,6*).

Item quia rex iustitie et rex pacis. Item qui assimilatur filio Dei. Ecce quod talis sacerdos benedicit Abraham revertentem a sede. Similiter Geneseos decimo quarto (*Gen.*

a. *Corr.*: destruens.- b. *Corr.* : quasi.- c. *Corr.*: correctionem.- d. *Adde* : non.- e. *Corr.*: cede.-

14,10) ; "Benedictus Abraham Deo excelso, etc..." et post (*Gen. 14,20*) "Et dedit ei decimas ex omnibus".

Item quod Spiritus sanctus fecerit illas occisiones probat Paulus Hebreorum tertio (*Heb. 3,7-8*) sic dicens : "Quapropter, sicut dicit Spiritus sanctus, hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra sicut in exacerbatione..." et infra, eodem q. (*Heb. 3,16-18*) : "Quibus autem offensus est quadraginta annis minime vel qui peccaverunt, quorum cadavera prostrata sunt in deserto, quibus autem iuravit non intrare in requiem suam, nisi illi qui increduli fuerunt, et infra quarto articulo (*Heb. 4, 1-2*) : "Timeamus ergo ne forte relicta pollicitatione introeundi in requiem eius extimetur aliquis ex nobis (*F° 114 r*) deesse, et enim et nobis nunciatum est quemadmodum et illis". Ecce probat Apostolus quod sanctus qui locutus est per David quadraginta annis offensus fuit Iudeis, et quod prostravit eos in deserto, et quod promisit illis et nobis requiem suam. Et per hoc patet quod tota Trinitas operata est illas vindictas.

Item ad idem Exodii LI° (*Ex. 32,27*) : "... Hoc dicit Dominus...", et infra : "Ponat vir gladium suum super femur suum...", et infra (*32,28*) : "Et occiderunt in illa die viginti tria milia". Ecce qualis Deus quod habet clericos et ministros siquidem istius crudelitatis. (*155 v°*) Deus autem Novi Testamenti ministros pietatis, unde Ioannes in Canonica (*I Joh. 4,21*) : "Qui diligit Deum diligit et fratrem suum". Iste precepit fratrem diligi, ille occidi.

Solutio : Bonum fuit illos occidere, quia iustum iustitia enim hoc exigit. Sic enim dicitur ad Romanos (*Rom. 1,32*), id est : "Qui talia agunt, digni sunt morte", id est iustum est ut moriantur. Non enim esset (*F° 114 v°*) bona caritas que iustitiam impediret, quam caritatem Apostolus sic commendat. Hanc autem iustitiam exercere debent viri sancti, sicut dicitur prima Corinthiorum sexto (*I Cor. 6,4*) : "Secularia iudicia si habueritis, qui sunt in Ecclesia illos constituite ad iudicandum", uberos et sanctos. Quod autem sic intelligi debeat probatur per id quod sequitur (*6,5*) : "Sic non est inter vos sapiens quisquam..., etc..."

Preterea si pro talibus peccatis puniantur eternaliter, quare non multo fortius temporaliter.

Ad hoc quod dicit de dilectione fraterna, respondeo quod frater diligendus est cum affectu semper, non semper effectu. Quod probatur secundo Iohannis primo (*II Joh. 1.10*) : "Si quis venit ad nos et hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domo, nec ave ei dixeritis, et eorum auferte malum de medio nostri". Et Dominus in Evangelio (*Math. 18,17*) : "Sit tibi sicut ethincus et publicanus". Hunc affectum habuit Moyses (*F° 115 r°*) minister iustitie, sed ille affectus non debuit impedire iustitiam.

Item ad idem Num. Tricesimo quarto (*Num. 33,45*) Deus Veteris Testamenti dixit filiis Israel de gentibus illis que erant in terra Cham : "Si nolueritis occidere eos, erunt clavi in oculis nostris^a et lancee in lateribus". Ecce crudelis Deus, qui non vult iniurias dimitti. Deus autem Novi Testamenti dixit Mathei sexto (*Math. 6,15*) : "Si non dimiseritis hominibus, nec pater vester celestis dimittet vobis peccata vestra".

Solutio : Semper dimittere debemus rancorem cordis et etiam iudex ipse nihilominus debet punire malos. Ille autem occisiones a Deo Novi Testamenti facte sunt ut supra probavimus.

a. *Corr.*: vestris.-

Preterea quero a te : si corpora illa que occidebantur sunt Dei Veteris Testamenti, quid eum arguis de operibus suis, quare illum arguis ? Non licet illa destruere (*F° 115 r°*) cum voluerit ? Quis ei legem super hoc posuit aut prohibuit, prohibere potuit, aut quis ei hoc imputat ? Audi quid dicit Apostolus Romanorum nono (*Rom. 9,21*) : "Nunquid habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam ? Nunquid iniquus est Deus qui infert iram et vindictam ?". Ecce quod Deus Novi Testamenti vindicat et punit eternaliter. Quare ergo condemnas Deum Veteris Testamenti qui destruit temporaliter ?

Preterea ille Deus Veteris Testamenti non punivit nisi propter peccata ex quibus merebantur mortem, ut dicitur Romanorum primo (*Rom. 1,32*) : "Quoniam qui talia agunt digni sunt morte", et Hebreorum nono (*Heb. 10,28*) ; "Irritam quis faciet Legem Moysis, etc...". Si tales deteriora merentur supplicia, ergo et illi supplicia merebantur, ergo non erat malum (*F° 116 r°*) eos punire.

Item ad idem **Geneseos decimo nono** ubi Deus Veteris Testamenti **iustum simul et impium occidit** sicut patet in submersione Sodome et Gomorre, ubi parvulos et adultos simul extinxit (*Gen. 10*). Solutio : **Pius est ille Deus qui non solum non punit iustum pro impio**, sed etiam **liberat impium pro iusto**, quia ut ibi legitur **voluit pro quinquaginta iustis omnibus ille parcere**, et tandem **pro decem**. Non tamen ultra descendit ut innuerat quod **non meretur veniam qui Decalogum non servat**. **Quod autem de parvulis** obiicitur, dico quod nec illi erant innocentes, quia peccatum habebant ad minus originale, ut dixit Apostolus, Romanorum quinto (*5,12*) : "**Per unum hominem in hunc mundum** (id est in genus humanum) **intravit, et per peccatum mors, etc...**". **Dico etiam quod** (*F° 116 v°*) **pie cum illis actum est**. Sublati sunt enim "ne malitia mutaret intellectum eorum", sicut sicut^a Sapientia (*4,11*), et quotidie moriuntur parvuli ex beneficio divine pietatis.

Item ad idem **Iudicum vicesimo** (*Jdc 20,28 ss.*) legitur quod cum **filiis Israel vellent pugnare** contra **filiis Benjamin** propter scelus quod comiserant in uxorem cuiusdam fratris sui, **consuluerunt Dominum si pugnandum eset** contra eos, **et quis esset dux belli**, et expressit eis **Iudas et quod pugnandum esset**. **Inde sub hac fiducia inierunt bellum et occiderunt ex eis in primo conflictu viginti duo milia, in secundo octodecim milia, in tertio pauciores**. **Ecce quam crudelis et deceptor Deus qui sic eos decepit ut perirent**.

Solutio : Iustus ille Deus qui non eos decepit sed superbiam illorum humiliavit. Permisit enim eos cedere (*F° 117 r°*) propter superbiam suam et confidentiam quam habebant in multitudine bellatorum. Quod ex ipsa^b patet, sequitur enim ibidem (*Jdc 20,22*) : **Rursus filii Israel vi littere^c fortitudine et numero confidentes** (rursus, hoc est dicere : sicut et prius). Sed ecce : **quam cito conversi et in solo Deo speraverunt, statim victores fuerunt. Unde sequitur in littera (26) : Quamobrem omnes filii Israel venerunt in domo Dei et sedentes flebant coram Domino**". Ecce humiliatio contra superbiam. "Ieiunaveruntque illo die", et obtulerunt ei holocausta. Ecce placatio de offensa quam ei fecerant in **multitudine confidentes**. Et tunc consulto Domino inierunt certamen et obtinuerunt. Et per hoc ostendit etiam nobis Deus suam omnipotentiam, quia quod non potuerunt in multitudine

a. *Suppr.*: sicut.- b. *Replacer ici* : vi littere.- c. *Suppr.*: vi littere.-

confitentes, in tot millibus hominum (*F° 117 v°*) conversi ad Dominum et in eo solo confitentes postmodum potuerunt.

Item **Exodi** quinto (*4,21*) dixit Deus Veteris Testamenti : "**Indurabo cor** Pharaonis **et non dimittet populum**". Ecce crudelis Deus qui indurat ut occidat. Item **mendax** Deus, qui dicit "non dimittet", qui **postea dimittit**.

Solutio : Hic est Deus Novi Testamenti quem arguis, de quo dicitur ad Romanos (*Rom. 9,18*) : "Cui vult miseretur, et quem vult indurat". Indurare autem dicitur dum non emollit per gratiam, quia indurari permittit. Quod autem obiicis quod dicit ille Deus "non dimittet populum", littera solvit que addit (*Cf Ex. 6,1*) : "**nisi in manu sola forti** et robusta", et infra Exodi undecimo (*Cf Ex. 11,9*) : "non dimittet vos Pharaon nisi multa signa fiant in terra Egipti". Simile Ioannis quinto^a (*Ex. 33,3*) dicit Deus Novi Testamenti : "Ego autem non ascendam", et tamen ascendit (*F° 118 r°*) unde intelligendum est "non ascendam vobiscum vel non ascendam publice sed occulte".

Item ad idem Numerorum decimo quinto (*15,35*) Deus ille lapidare **precepit quemdam colligentem ligna in sabbato**, **consultus** super hoc **a Moyse** et Aaron. Deus autem Novi Testamenti excusat discipulos fricantes spicas in sabbato. Ecce quam contrarii iste et ille.

Solutio : Deus Novi Testamenti fuit ille qui precepit requiem sabbato sicut probatur infra per capitulum ad Hebreos quarto. Preceptum autem fuit Exodo ut interficeret quicumque colligeret ligna sabbato. Verum quia Moyses et Aaron nesciebant utrum fecisset ignoranter an ex malitia, consuluerunt Dominum. Dominus autem cui non est absconditum, sciens quoniam ex sperbia contempserat mandatum, sicut patet ex vi (*F° 118 v°*) littere supra eo capitulo qui dicitur : "Anima que per superbiam aliquid comiserit etc..." (*Num. 15,30*) et infra : "peribit de populo suo". Quod autem obiicis quod Christus videbatur solvere sabbatum, dico quod nec ipse nec discipuli eius faciebant opus servile in sabbato, quia servire infirmis vel fricare spicas in necesse non erat opus servile, sed opus caritatis.

Super hoc obiicitur : videtur enim quod Deus Novi Testamenti multo crudelior sit quam Deus Veteris Testamenti. Mathei vicesimo quinto (*Mat. 25,24*) : "Scio quod homo divus es, metis ubi non seminasti, etc...". Si forte dicas quod iam videbatur illud servo, audi quod dicit ille Deus Luce decimo nono (*Lc 19,22*) : "Serve nequam, sciebas quod homo austerus sum". Ecce quod durus et crudelis, quia autem crudelior probatur Mathei decimo (*Math. 10,28*) : "Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Sed eum timete qui potest etc..." Si autem velis effugere quia non dicit qui facit, sed qui potest, audi quid dicit Lucae decimo secundo (*Lc 12,5*) : "Timete eum qui postquam occidit potestatem habet mittere in gehennam". Non potes dicere : postquam occidit peccata, tunc vero non potest mittere in gehennam. Alias enim infidelis esset, quod contra dicitur secundo Timothei secundo (*II Tim. 2,13*) : "Ille fidelis permanet et se ipsum negare non potest".

Item ad idem probatur quod Pater et Filius et Sanctus Spiritus interficit, Mathei decimo septimo (*Math. 22,2*) : "Simile est regnum celorum homini regi qui fecit nuptias filii sui..." et infra : "missis exercitibus suis interfecit homicidas illos", et infra (*22,13*) : ligatis manibus et pedibus proiicite eum in tenebras exteriores". Si velit dicere quod parabola est,

a. Sic.-

placet. In hoc tamen est similitudo parabole (*F° 119 v°*) quia sicut ille missis exercitibus cecidit homicidas, ita et Pater celestis de Filio, Luce vicesimo (*Lc 19,27*) : "Verumtamen inimicos meos, illos qui noluerint me regnare super te, adducite huc et interficite ante me", et Thessalonicorum secundo (*II Thes. 2,8*) : de Antichristo quem "Dominus Iesus interficiet Spiritu sancto oris sui". De Spiritu sancto Actuum quinto (*Act. 5,4*) de Anania : "Non est mentitus homini sed Deo, etc...", et infra (*Act. 5,5*) : "Cecidit et expiravit audiens hec verba".

IV

QUOD DEUS EST MENDAX - Circa quartam radicem que est mendacium obiiciunt heretici s^a Geneseos decimo secundo, decimo tertio et decimo quinto promisit Deus ille se daturum terram Canahan Abrahe nec (*F° 120 r°*) tamen dedit, ergo fuit mendax. Quod autem non dedit ei nec passum pedis, dicit Stephanus Actuum septimo (*Act. 7,5*).

Non promisit Abrahe particulariter, sed semini in eo. Si obiicis : **nec semini**, quia **nec Isaac nec Iacob**, respondeo : sua promissio **non** fuit **universalis**, sed indefinita. Preterea non promisit eam statim, sed **post quartam generationem, sicut patet** per litteram **Geneseos decimo quinto** (*Gen. 25,13*) : "Scito prenoscens etc..." et infra (*Gen. 25,16*) : "**Quarta autem generatione revertentur hoc**", de qua natus est **Caham**, de quo **Aviram**, de quo Isachar, qui regressus est in terram illam. Quod autem obiicitur de illis qui egressi sunt de Egipto quibus et promisit per Moysen terram illam et tamen omnes prostrati (*F° 120 v°*) sunt in deserto, dico quod promisit **sub conditione** nec absolute, scilicet si servarent precepta sua, quemadmodum Deus Novi Testamenti dicit Mathei decimo octavo (*18,32*) : "Serve nequam, omne debitum dimisi tibi", sub conditione tamen si dimitteret conservo suo.

Ad idem Exodi vicesimo secundo (*Ex. 33,18*) : "Domine, **ostende mihi faciem tuam et Dominus respondit : Ego ostendam tibi omne bonum**, et postea ostendit ei omnia posteriora, id est **turpitudinem. Ecce qualis Deus.**

Solutio : Faciam Dei videre non potest Moyses, quia in statu isto Deus in sui essentia vel specie agnoscere homo non potest. "Omne bonum" appellat speculum creaturarum que omnes bone sunt iuxta illud Gen. (*Gen. 1,31*) : "Vidit Deus cuncta que fecit, et erant valde bona", quia per ea venit ad cognitionem Dei, Corinthiorum decimo : (*F° 121 r°*) (*I Cor. 13,12*) : "Videmus nunc per speculum et in enigmate". Posteriora appellat humanitatem Christi quam promisit Moysi existenti in foraminibus petre, id est in fide passionis Christi firmiter permanente.

Ad idem **Geneseos undecimo de gigantibus^b que edificabant turrim dixit ille Deus: "non desistent a cogitationibus suis donec ea opere compleverint" (11,6) et tamen sequitur ibidem : "Et cessaverunt edificare". Ecce quam mendax Deus.**

Solutio : Modus est loquendi, unde sciendum est : non desistens, ubi eis resistam consuetum modus est in scripturis^c.

Ad idem **Geneseos tricesimo secundo dicit angelus Dei ad Iacob (32,28) cum**

a. scilicet.- b. *Corr.*: gentibus.- c. *Sic.*-

pugnasset cum eo : "Nequaquam vocaberis ultra Iacob, sed Israel erit nomen tuum", et postea dicit in Exodo (3,6) : "Ego sum Deus Abraham, Isaac et Iacob", et ita contradicit sibi, quia postea vocat (F° 121 v°) eum Iacob. Mendax igitur est ille Deus apud quem est et non invenitur.

Solutio : Intelligendum est ibi nomen Iacob, sed etiam Israel, et simili modo loquitur Apostolus ad Philippenses ultimo (*Eph. 6,12*) : "Non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem", supplet **tantum**. Constat enim quod "caro concupiscit adversus spiritum etc..." (*Gal. 5,17*) et idem dicit Epheseorum quinto.

Ad idem respondeo^a ultimo (*III Reg. Ult. 13 et ss.*) dicit ille Deus : "**Quis decipiet nobis Achab**", et infra : "**Ego ero spiritus mendax in ore omni prophetarum**", et infra : "**Egrede et fac, decipies enim si prevalebis**", et infra : "**Dedit Deus spiritum mendacii in ore omnium prophetarum**". Ecce qualis Deus. Si esset Deus veritatis, constat quod non diceret "quis decipiet etc...".

Solutio : Modus est loquendi, et iustitia divina exigebat ut ille deciperetur, quia **idolatra erat (F° 122 r°) et pseudoprophetas sequebatur. Similia autem** dicit Deus Novi Testamenti ubi dicitur "**Egrede et fac**" et Christus dicit Iude (*Joh. 13,27*) : "Quod facis, fac citius", cum vellet eum tradere. Ibi dicitur (*III Reg. 22,23*) : "Dedit Dominus spiritum mendacii, etc..." **Romanorum primo** dicitur (*1,24*) : "**Tradidit illos Deus in desideria** cordis eorum, in immunditiam etc...". Item prima Thessalonicorum secundo mittit illis Deus operationem erroris ut credant mendacio (*II Thes. 19,11*) et Iohannis quinto (*9,39*) : Ego in iudicium veni in mundum, ut qui non vident videant, et qui vident ceci fiant". Oportet ergo quod intelligantur omnia hec divina permissione, non voluntate, fieri, tamen de sua iustissima equitate.

a.Corr.: *Regum.*-

PROBATIONES ECCLESIE

PROBATIONIBUS HERETICORUM SIVE OBJECTIONIBUS RELISIS^a RESTAT NOBIS NOSTRIS ARGUMENTIS ASTRUERE DEUM VETERIS TESTAMENTI ET DEUM NOVI TESTAMENTI EUNDEM ESSE .

Primo igitur probamus sic : **Quero** a te **utrum ille Deus** qui apparuit **Moisi in igne flamme rubi sit Deus Abraham. Isaac et Jacob**. Si concedis, vide sic **Christus est filius illius Dei**. Quod si negat, probat **Petrus Actuum tertio** dicens : "**Deus Abraham. Deus Isaach. Deus Jacob et Deus patrum nostrorum glorificavit filium suum Jesum**, quem vos tradidistis et negastis ante faciem Pilati" (Act. 3,13). Sed ille est ille Deus qui locutus **per angelum Moisi** in monte Sig^b (ms : et **qui dedit ei Vetus Testamentum** ut probatum est. Ergo bonus. Si autem negas Deum Abraham, Jacob et Isaach locutum fuisse in (*F^o 123 r^o*) monte Moisi, probat **Stephanus Actuum septimo (7,31)** : "**Apparuit. inquit. angelus in deserto montis Siga^b in igne flamme rubi,**" et infra : "**Ego Deus patrum tuorum. Deus Abraham, Deus Isaac et Deus Jacob**". Preterea quod Deus Abraham, Isaac et Jacob sit Deus Novi Testamenti probatur Marci decimo (*12,26*): "**De mortuis autem quod resurgant nonne legistis in libro Moisis super rubum quomodo dixit illi Deus inquirens^c : 'Ego sum Deus Abraham. Deus Isaac. Deus Jacob'**". Ecce quod ille Deus qui locutus est Moisi est Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob, et de quo legitur in libro Moisis, et ille est pater Christi, ut probavimus, ergo bonus.

(*123 v^o*) Illi qui dicunt unicum esse principium mentiri non possunt. Illi qui dicunt duo esse principia dicent forte quod **de alio Moise et de alio Abraham loquitur** scriptum, **quibus** respondendum est ut ostendent inde aliquod testimonium quemadmodum et nos testibus fidem facimus.

Item ad idem Geneseos secundo (*Gen. 2,1~2*) : **Perfecti sunt celi et terra et omnis ornatus eorum**", et **"requievit Deus die septimo ab omni opere"**. Quod patet iste est ille Deus qui dedit Moisi Vetus Testamentum. Sed iste bonus, quod probat Apostolus Hebreorum quarto (*Heb. 4,3*) : **"Et quidem operibus ab institutione mundi perfectis"**, dicit in quodam loco

a. *Corr.*: reliquis.- b. *Corr.*: Sinai.- c. *Corr.*: inquirens.-

de die septima sic (*Heb. 4,4*) : "**Et requievit Deus die septimo ab omnibus operibus suis**". Hoc autem loco, scilicet Geneseos secundo hoc dixit, et statim sequitur, et in isto loco, scilicet revisum^a : "**Si introibunt in requiem meam**". Ergo unus et idem est qui dixit in isto loco et in illo. Sed qui (*F° 124 r°*) dixit in isto est Spiritus sanctus, sicut dicitur Hebreorum tertio b (*Heb. 4,1*) : "Quapropter sic ut dicit Spiritus sanctus ; **Hodie si vocem eius audieritis**", et infra: "si introibunt in requiem meam". Ergo et qui dixit in illo est Spiritus sanctus, ergo Spiritus sanctus dedit Moysi Vetus Testamentum. Preterea dixit in eodem loco Apostolus : "**Timeamus ergo fratres. ne forte relicta pollicitatione introeundi in requiem, estimetur animas^b ex nobis deesse**" et infra: "Quoniam ergo superest quo dam introire in illam, et hii quibus prioribus nunciatum est non introierunt propter incredulitatem", et infra: "Festinemus ergo ingredi in illam requiem ne in idipsum quis incidat incredulitatis exemplum". Non potest dici quod intelligatur de requie terre promissionis carnaliter : non enim supererat tempore (*F°124 V°*) Apostoli in illam introire aliquos carnaliter, nec ad illam festinandam diceret. Patet ergo ex his quod Spiritus sanctus est qui fecit opera sex dierum et requievit die septimo et promisit requiem suam Judeis quidem in figura terre promissionis, nobis autem per Filium Dei tempore gratie.

Item probatur per Abraham quod Deus Veteris Testamenti sit bonus Galatarum tertio (*3,16*) : "**..Abrahe dicte sunt promissiones et sem i eius. Non dicit : et seminibus. quasi in multis. sed quasi in uno. qui est Christus**". **Quero a quo facte sunt iste promissiones** Abrahe, a bono Deo an a malo. Non potes dicere quod a malo, quia facte Bunt Christo ut hic patet.

Item quod omnes promissiones bone et nulla mala, quod si male essent non fuissent (*F° 125 r°*) facte Christo. Preterea bone quia promisit multiplicare semen eius, et quod in semine eius multiplicarentur omnes gentes (*Rom. 4,16*) et quod daret illi terram illam que figurabat celestem patriam. Si igitur bone fuerint promissiones, sequitur quod facte sunt a Deo bono, sed facte sunt a Deo Veteris Testamenti, ergo ille bonus est.

Item ad idem **Jacobi secundo**: "**Vis autem scire. o homo inanis quoniam fides sine operibus otiosa est. Abraham pater noster nomine^a ex operibus iustificatus est. offere volens filium suum**" (*2,20-21*). Et ita vides quoniam fides cooperatur operibus illius et ex operibus fides conservata est, **et impleta est Scriptura dicens : "Credidit Abraham Deo et reputatum est ei ad iustitiam"**. Ecce quomodo probat Jacobus quod Abraham ex operibus immolationis et fide iustificatus est, et quod (*F° 125 v°*) nos ex fide et operibus iustificandi sumus similiter per exemplum fidei et operum Abrahe. – Si forte dicas : reputatione iustificatus est, non veritate, et similitudo quedam accipitur inter iustificationem eius et nostram, contra Galat. tertio (*3,6*) : "Abraham credidit Deo, et reputatus est, etc...Cognoscite ...ex fide sunt isti filii Abrahe", et infra (*3,9*) : "Igitur qui ex fide sunt benedicentur cum fidei Abraham". Ex his patet quod fideles sunt filii Abraham, sed non nisi per fidem. Ergo Abraham fidelis, ex quo est fidelibus benedicitur, sed ille cui Abraham credidit, qui eum benedixit, est Deus Veteris Testamenti. Ergo bonus Deus Veteris Testamenti.

Item ad idem Ebreorum sexto (*6,13-14*) : "Ut non senes efficiamini, verum **imitatores eorum qui fide et patientia hereditabunt possessiones^a.. namque (*F° 126 r°*) promittens Deus quoniam neminem habuit per quem iuraret maiore iuravit per semetipsum dicens: Nisi benedicens benedicam te**". Imitari iubet Apostolus illos qui fide et patientia

a. *Corr.*: rursum.- b. *Corr.*: aliquis.-

hereditabunt promissum, inter quos statim subponit Abraham in exemplum fidei et patientie. De fide eius Galatarum tertio (3,6) : "**Credidit Abraham Deo**"; de patientia patet per hoc quod ad verbum Domini paratus est occidere filium.

Primo igitur contra Catharos obiicitur sic: Ille Deus qui promisit Abrabe sic fuit Deus Veteris Testamenti sicut patet Geneseos, ergo spiritus sanctus dedit Moisi Vetus Testamentum. Preterea dicit in eodem loco Apostolus articulo duodecimo usque ad vicesimum secundum. Sed ipse est Deus altissimus bonus, quod probatur per hoc quod dicit quod neminem habuit per quem iuraret. Non enim potest hoc dici de diabolo, quod^b diabolus est creatura et (F° 126 v°) maior illo est creator et Christus Iesu, in cuius nomine omne genu flectatur celestium, terrestrium et infernorum. Patet igitur quod Deus ille bonus est.

Item Luce quarto capite (4,16-18) : "Intravit Iesus secundum consuetudinem suam in synagogam die sabbati, et surrexit legem^c et datus est ei liber Isaie prophete, et revolvendo librum invenit locum ubi scriptum est : Spiritus Domini super me, propter quod unxit me evangelizare pauperibus misit me etc...", et post cepit dicere ad illos quia (4,21-22) "impleta est hec Scriptura in auribus nostris, et omnes testimonium illi dabant". Ecce qualiter Deus dixit per Isa. Se esse Christum quem Isa. predixerat venturum. Ergo Isaia propheta est bonus et recipiendus. Item patet quod Abraham bonus fuit. Si enim malus fuisset, non eum propo- (F° 127 r°) suisset nobis Apostolus in exemplum imitationis.

Item probat prima Petri tertio (1 Pet. 3,5-6), ubi dicit Petrus : "Sicut aliquando mulieres sancte sperantes in Domino ornabant se subiecte propriis viris, sicut Sara obediebat Abrahe, dominum eum vocans, cuius estis filie beneficientes et non timentes ullam perturbationem". Ecce Scriptura sacra quomodo comendatur inter sanctas mulieres, quia obediebat Abraham^d et erat ei subiecta, dominus vocabat. Certe non potes dicere quod ita laudaret eas Petrus... dedit^e fidelium mulierum, si ipse malus esset.

Item Romanorum quinto decimo (Rom. 15,4) : "**Quecumque scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt** ut per patientiam et consolationem etc...". Sed constat quod tunc nulla scripta ad nostram doctrinam scripta erant nisi Lex et Prophete, quibus utebatur Apostolus, sicut inde dicit in Actibus (Act. 26,22) (F° 127 v°) : "Nihil extra dicens nisi ea que locuti sunt prophete et Moises". Sed ista diabolus non scripsisset ad doctrinam nostram et patientiam et consolationem, sed potius ad destructionem horum. Constat ergo quod ista scripta sunt a bono Deo.

Preterea subdit (Rom. 15,8) : "**Dico Christum Iesum ministrum fuisse circumcisionis** ad confirmandas promissiones patrum (id est factas patribus) **propter veritatem**". Ex hoc sic arguitur : Christus fuit minister circumcisionis, ergo circumcisio fuit bona. Item quero a te quis Deus dedit preceptum circumcisionis, bonus an malus. Si bonus, habes propositum; si malus, ergo Christus fuit minister rei date a malo Deo. Sed Christus hoc fecit, ut ibi dicitur, propter veritatem Dei ostendam^f suple. Ergo Christus volebat quod diabolus appareret verax, de quo tamen dicit Ioannes (F° 128 r°) quia "in veritatenon stetit", et quia "mendax est ab initio".

Item sequitur ibi in epistola (Rom. 15,12) : "Erit radix Iesse et qui exurget regere gentes, et gentes sperabunt in eum", id est colent eum per fidem, spem et caritatem, quibus gentibus ita dicit (Rom. 15,10) : "**Letamini gentes cum plebe eius**", id est cum Iudeis qui iam per cultum sunt plebs eius. Igitur Iudei erant **plebs Dei**, non diaboli. Patet ergo quod Lex data fuit Iudeis et quod bona sit, et quod bonus qui dedit eam.

a. Corr.: promissiones.- b. Corr.: quia.- c. Corr.: legere.- d. Corr.: Abrahe.- e. Sic.- f. Corr.: ostendere.-

Item ad idem Mathei decimo sexto (*Math. 15,3-3*) : "Quare discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum ? non enim lavant manus suas cum panem manducant. Iesus autem respondens ait illis : **"Quare et vos transgredimini mandata Dei propter traditiones vestras ? nam Deus dixit : "Honora patrem et matrem, et qui maledicit patri et matri morte morietur"**. Quero quis Deus hoc mandatum ... de cuius mandati transgressione illos redarguit. Si dicis bonus, habeo propositum, quia Deus Veteris Testamenti dedit illis Exodi vicesimo primo (*21,17*). Si malus, contra : redarguit eos quia transgrediuntur mandatum illius Dei, et quod tradicio illorum contraria erat traditioni illius Dei, ergo redarguit eos quod transgrediuntur mandatum diaboli, quod est impossibile.

Item ad idem Ioannis nono (*Joh. 8,54*) : **"Deus est pater meus qui glorificat me, quem vos dicitis quare Deus vester est"**. – Actuum tertio (*3,13*) : "Deus Abraham, Deus Isaac et Deus Iacob glorificavit filium suum Iesus". Ex his sic arguitur : Christus confirmat quod ille est pater suus quem Iudei dicebant Deum suum Veteris (*F^o 129 r^o*) Testamenti. Ergo Deus Veteris Testamenti est pater Christi, quod patet ex hoc quare est "Deus A., Deus I., Deus Iac. Qui glorificavit, etc..." ut supra dictum est. **Ergo est pater Iesus Christi**, ergo bonus.

QUOD UNUS DEUS EST DEUS NATURALITER SOLUS^a
OMNIPOTENS, ETERNUS^b, SOLUS CREATOR ET FACTOR
OMNIUM VISIBILIIUM ET INVISIBILIIUM^c

(*76 r^ob*) Ioannis primo (*1,1*) : **"In principio erat Verbum**, et Verbum erat apud Deum, hoc est in principio apud Deum^d, et infra : **"Omnia per ipsum facta sunt"**^e. Cum dicit^f omnia, nihil infectum ab eo reliquit, cum sit signum universale. Sic Paulus arguit^g ad Hebreos circa principium loquens de Christo, ubi inducit prophetie sermonem (*Eph. 1,22*) : "Omnia subiecti sub pedibus suis". In eo enim quod omnia subiecit nichil dimisit non subiectum^h ei.

Idem in eodem (*Joh. 1,10*) : **"In mundo erat, et mundus per ipsum factus est"**, id est mundiⁱ machina.

Idem in eodem : (*Joh. 1,11*) : "Sui eum non receperunt". Sui, scilicet^j per creationem, cum non sit alius modi exponendi conveniens^k, quia per gratiam non erant sui, cum ipsum minime receperint, cum de illis scriptum est^l (*Joh. 10,27*) : "Oves meas vocem meam audiunt, et sequuntur me". – Ad Ro. X (*11,33*) : "O altitudo divitiarum..."- Idem in eodem (*11,36*) : "Quoniam ex ipso (id est ex Patre) et per Ipsum (id est per Filium) et in Ipso sunt omnia". Ergo principium est et creator omnium. – Ad Cor. Ia VII (*8,6*) : "Quod nullus Deus nisi unus", et infra : "Nobis tamen unus Deus, Pater ex quo omnia, et nos in Illo, et unus Dominus Ihesus Christus per quem omnia, et nos per Ipsum^m.- Item Matheiⁿ sexto (*Math. 6,26*) "Respicite volatilia celi quoniam non serunt nec^o metunt neque congregant in horrea^p, et pater vester celestis pascit illa^q. Ergo creature opera eius sunt. Non enim^r Deus diabolicas creaturas et

a. solum P.- b. + solus omnipotens P.- c. omnium... *deest* P.- d. et Verbum erat apud Deum *deest* P.- e. + et sine ipsum factum est nihil T.- f. condidit P;- g. argumentatur T. – h. insubiectum P.- i. mundialis T. j. scribit P.- k. convenientiam P.- l. est P.-

opera pasceret seu foveret, cum de ipso scribat Ioannes in epistola prima I (*I Joh. 3,8*) : "In hoc apparuit^s Filius Dei, ut dissolvat^t opera diaboli". Non^u de spiritualibus volatilibus, id est de angelis celestibus posset exponi^v, cum Dominus subiungat (*6,26*) "Quanto magis pluris^w estis vos". Manifestum est enim quod^x ma- (*F° 130 r°*) xime tunc temporis apostoli non erant meliores angelis, et maxime secundum hereticum qui omnes putat equales in premio vel in pena.

Item Ephesiorum tertio (*Eph. 3,14*) : "**Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem Domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in celis et in terra nominatur**". Ergo celestia et terrestria ab ipso Patre sunt. – Idem III (*1,5*) : "Unus Deus, una fides, unum baptisma unus Deus et Pater omnium, qui est super omnes et per omnia et in omnibus nobis"^y.

Item Philip. Secundo (*Ph. 2,9*) : "Donavit illi nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur terrestrium et infernorum"^z. Ergo Dominus est omnium, scilicet^a superiorum, mediorum et inferiorum, ex quo patet^b quod Dominus noster est omnipotens^c non solum super bonos, sed etiam super malos.- Ad Tim. Ia II° (*1,17*) : "Regi autem seculorum immortalis, soli Deo honor et gloria in secula seculorum, Amen".- Idem III° (*2,5*) : "Unus est Deus, unus et mediator Dei et hominum homo Christus Iesus"^d.

Item ad Hebreos in principio (*1,1-2*) "Multipharia etc.." ibi dicitur "per quem fecit et scula". Secula autem mutabilia sunt tempore, unde constat non solum celestia (*130 v°*) que inmutabilia sunt, sed etiam terrena que per secularia tempora variantur, fecisse.

Item ad Hebreos primo (*1,10*) de comendatione deitatis Ghristi : "**Et tu in principio Domine^e terras fundasti et opera manuum^f tuarum sunt celi. Ipsi peribunt**". Ergo fundavit in principio celos visibiles perituros secundum hanc speciem^g. Quod^h si de celis spiritualibus vellet quis intelligere, audiat quid sequitur : ipsi peribunt.- Item Petri secunde tertio (*2 P 3,7*) : Celi autem qui nunc sunt et terra eodemⁱ verbo repositi sunt^j. Si de visibilibus celis intelligat hereticus, planum^k est quod Deus creavit visibilia. Si autem de animis patarinarum intelligatur, audiat quid sequitur : "Ipsi reservati in die iudicii et perditionis impiorum hominum"^l.

Item ad Hebreos secundo (*Heb. 2,10*) : "Decebat eum propter quem (*F° 131 r°*) omnia etc... Ergo per Ipsum omnia facta sunt. – Item tertio (*Heb. 3,4*) : "Omnis namque domus fabricatur ab aliquo;. Qui autem omnia creavit Deus est".- Item ad Hebreos (*Heb. 11,1*) : "Fide intelligimus aptata esse secula Verbo Dei, ut ex invisilibus visibilia fierent". Sic^m ergo per fidem eius intelligebat secula, id est secularia tempora, per Verbum, id est Filium, ex invisibilibusⁿ, id est ex informi materia aptata esse.- Apoc. in pluribus locis (*1,8; 21,6*) "Ego sum Alpha et Omega, principium et finis"^o. – Item decimo Apocalipsis (*10,2*) : Et angelus quem vidi stantem super mare et super terram levavit manum suam ad celum^p **et iuravit per Viventem in secula, qui creavit celum et ea que in eo sunt**".- Item Mathei decimo tertio (*10,32*) : "Confiteor tibi, Pater Domine celi et terre etc...". – Item Romanorum primo (*1,20*) : "Invisibilia enim ipsius a creatura mundi per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur". Si

m. Ad Ro. ... Ipsum *deest* P.- n. *Deest* T.- o. neque T.- p. orrea.- q. ea P.- r. *Deest* T.- s. nihil aperuit T.- t. dissolveret T.- u. Nec P.- v. Intelligi T.- w. plures P.- x.- et T.- y. Idem III ... nobis *deest* P. – z. flectatur etc... P.- a. *deest* T.- b. Aperte declaratur T.- c. Dominus... omnipotens / nunc est ipse T.- d.- Ad Tiimo ... Iesus *deest* P.- e. Domine principio P.- f. munuum T.- g. *Sic cod. Corr.*: scripturas ? .- h. Vel T.- i. *deest* T.- j. resposita est P.- k. plane T.- l. animalis... hominum / animabus hominum. Ad Ebre. II° (*10*) : "Decebat eum propter quem omnia etc...Ergo per ipsum omnia facta sunt T.- m.*deest* T.- n. invisibili P.- o. Apoc. ... finis *deest* P.- p. super...celum *deest* P.-

ergo per visibilia cognoscuntur invisibilia, igitur^q bona sunt cum eorum^f effectus sit bonus, quia "arbor mala non potest bonos fructos^s facere". Ergo non sunt a diabolo creata, cum nihil boni creare possit, ut ipsimet heretici testantur^t.

Item ad Colossenses primo loquens Paulus de eminentia Dei^u dicit (1,15) : **"Quia est imago Dei invisibilis, primogenitus omnis creature, quia in ipso condita sunt universa etc..."**^v . Ex his manifeste constat quod ipse est creator^w.- Item Mathei septimo (7,11) dicitur^x: "Si ergo vos, cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris, quanto magis pater vester qui in celis^y dabit bona petentibus ea". Si ergo pater celestis pater est malorum, ergo creavit illos, cum de alia paternitas minime possit intelligi.

Ergo omnium creator est Deus non solum bonorum, sed etiam malorum.- Act. XIII (14,14) : "Annunciantes vobis ab iis natum^z converti ad Deum vivum, qui fecit celum et terram, mare et omnia que in eis sunt"^a.

(F^o 132 r^o) Primo Corinthiorum octavo (8,6) ostendit Apostolus quod nullus est deus nisi unus, et infra : "Nobis tamen unus Deus pater ex quo omnia, et nos in illo, et unus Dominus I. C. per quem omnia et nos per illum".- Item ad Thimotheum prima (1,17) : "Regi autem seculorum immortalis, invisibili, soli Deo, honor et gloria in secula seculorum, Amen". – Item secunda (1 Tim. 2,5) ; "Unus est Deus, unus et mediator Dei et hominum homo Christus Iesus".- Item Mathei decimo nono (19,4) : "Non legistis quia^b qui fecit homines ab initio masculum et feminam fecit eos".- Marci^c octavo (10,6) : "Ab initio autem creature, masculum et (F^o 132 v^o) feminam fecit eos Deus^d". – Sed^e diversitas sexus fit secundum corpus sicut^f predicat hereticus, non^g secundum spiritum. Constat ergo quod Deus Adam et Eve fecit corpora, nec potest dici quod ille est Deus malus quem hic approbat Deus Novi Testamenti Iesus Christi dicens (Mc 10,9) : "Quos Deus coniunxit homo non separet^h". Et nota quod caute Dominus dicitⁱ "fecit" et non "creavit", ut expressius^j innueret Deus corpora fecisse. Nam creare est de materia iam creata aliquam novam formam in lucem producere, quod corporis est^k.

Item Luce tertio (3,30) : "qui fuit Adam, qui fuit Dei". Ergo Adam a Deo formatus est^l.- Item Luce^m undecimo (11,39-40) : "Nunc vos pharisei quod deforis est calicis et catini mundatis, quod autem intus est (id est cor vestrumⁿ) plenum (F^o 133 r^o) est rapina et iniquitate. Stulti, nonne qui fecit quod deforis est etiam quod deintus est fecit ?", ac si diceret idem Deus fecit animam que deintus est corpusqueⁿ quod foris est.

Ergo Deus fecit corpora.

Item Actuum decimo septimo (verba sunt Pauli ad Attenienses) (17, 23-26) : "Inveni aram in qua scriptum erat : Ignoto Deo, quod ergo ignorantes colitis. Hoc ego anuncio vobis : Deus qui fecit hunc mundum et omnia que in eo sunt, hic celi et terre^p cum sit dominus, non in manufactis templis habitat nec manibus humanis colitur, indigens aliquo; cum ipse det vitam et inspirationem et omnia, fecitque ex uno omne genus hominum habitare super universam faciem terre". Ex quo inquam homine, scilicet Adam, a quo descendit omne genus

q. ergo T.- r. eius T.- s. fructus bonos T.- t. hereticus opinatur T.- u. divinitatis Christi T.- v. + ss. constat T.- w. deest P.- x. deest P.- y. + est T.- z. Sic, corr.: vanis.- a. Act ... sunt deest P.- b. Quod P.- c. Apercius T.- d. + et dixit etc... T.- e. Cum T.- f. prout T.- g. + est P.- h. nec potest... separet deest T.- i. Dominus dixit cate T.- j. expresse T.- k. anime... producere quod deest T.- l. a Deo formatus / factus T.- m. Marchus T.- n. id est cor vestrum deest T.- o. et corpus T.- p. hic celi et terre deest P.-

hominum per propagationem.- Unde in quarto (*sic*) dicitur "in uno sanguine", et hoc fecit Deus. Ergo ipse fecit corpora^q.

Item in eodem (*Act. 17,28*) : "In ipso^r vivimus, moriemur^s et sumus sicut quidam poetarum nostrorum dixerant : ipsius enim genus sumus"^t.- Item ad Romanos sexto (*6,13*) : "Sed nec^u exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato, sed exhibeatis vos Deo tanquam ex mortuis viventes, et vestra membra arma iustitie Deo".- Item in eodem (*6,19*) : "Sicut enim^v exhibuistis membra vestra servire immundicie et iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibite membra vestra servire in sanctificationem"^w. Si igitur^x membra^y possunt exhiberi iustitie in sanctificatione^z, patet quod ipsa non sunt diaboli creature, sed Dei. Sed hic respondebit hereticus : Ergo a simili membra possunt exhiberi iniquitati... non sunt Dei, sed diaboli^a.

Item prima Corinthiorum sexto (*I Cor. 6,13*) : "Corpus autem non fornicationi, sed Domino, et Dominus corpori^b". Ergo (*F° 134 r°*) bonum est corpus et bona creatura si Domino potest donari et debet^c. Constat enim quod opus diaboli non debetur Domino nec e contra.- Item in eodem (*6,15*) : "Nescitis quoniam corpora vestra membra sunt Christi ? Tollens ergo membra Christi facient membra meretricis ? (*76 v°b*) Absit. An nescitis quoniam^d qui adheret^e meretrici unum corpus efficitur ?" Ecce quod^f Apostolus consulit quia membra^g non debemus exhibere meretrici, et illa eadem appellat membra Christi. Ergo eius sunt creature, nec potest hereticus intelligere de corporibus que in celo iaceant^b secundum suam pravam sententiamⁱ, quia illa cum sint mortua non sunt^j membra Christi, cum ipse sit^k vivus.- Item in eodem : "An nescitis quoniam corda vestra templum^l sunt Spiritus sancti quem habetis a Deo ?" (*F° 134 v°*) et non estis vestri, empti enim estis pretio magno. Glorificate et portate Deum in corpore vestro" *I Cor. 6,19-20*). Si autem diabolus corpora fecisset, quomodo vocaret Apostolus membra Christi et templum Spiritus sancti, et quomodo diceret : "Deumⁿ portate in corpore vestro", maxime cum nulla sit "conventio Christi ad Belial" (*II Cor. 6,15*).- Idem undecimo^o (*I Cor. 11,8*) : "Non est vir de muliere sed mulier de viro, nec creatus est vir propter mulierem, sed mulier propter virum", et infra^p (*I Cor. 11,11*) : "nec vir sine muliere nec mulier sine viro in Domino, nam sicut mulier de viro, ita et vir per mulierem : omnia autem ex Deo". His verbis^q manifeste ostenditur corpora viri et mulieris^r a Deo esse facta.

Item Romanorum nono (*9,20*) : "O homo, tu quis es qui respondeas Deo ? Nunquid dicit figmentum ei qui se dixerit...", ergo Deus (*F° 135 r°*) finxit, id est^s plasmavit corpora.- Item Isaie (*Is 45,9*) : "Ve qui contradicit factori suo, testa de samis terre"^t. – Item David (*Ps 118,7*) : "Manus tue fecerunt me, et plasmaverunt me"^u.

QUOD DEUS FACIAT PLUVIAS ET ALIA QUE AD SUSTENTATIONEM VITE PERTINENT –

Actuum decimo quarto (*Act. 14,16*)^w : "De celo dans pluviam et tempora fructifera, implens cibo et letitia corda nostra" . Item decimo septimo loquens de Deo (*Act. 17,26*) : "diffiniens statuta tempora et terminos habitationis eorum".

q. ex uno... corpora *deest* P.- r. + augem T.- s. movemur T.- t. sicut... sumus *deest* T.- u. Neque T.- v. enim *deest* P.- w. servire... sanctificationem *deest* P.- x. enim T.- y. + corporis T.- z. exhibere iustitiam et sanctificationem T.- a. sed hic ... diaboli *deest* T.- b. et Dominus corpori *deest* T.- c. Dei creatura ubi Dominus debet dominari P.- d. + omnes P.- e. adheret P.- f. que T.- g. contulit quod T.- h. + mortua T.- i. sectam T.- j. cum sint Y.- k. est T.- l. templa P.- m. adorare P.- n. *deest* T.- o. + 11,7 T.- p. verum autem T.- q. vefrbum P.- r. vi litteris P.- s. id est *deest* T.- t. terra *deest* T.- u. me *deest* T.- v. Ve..., David... Ad Ro. ... T.- w. + A 14,15 T.-

QUOD DEUS CREAVIT DIABOLUM ET DEMONES^x

"Ego Dominus, et non est alter, formans lucem (id est Christum qui est lux vera^y quam formavit secundum corpus^z, et creans tenebras (et tenebrosos^a tam demones quam homines malos), faciens pacem (id est pacificos, scilicet homines bonos^b) et creans malum (scilicet^c Luciferum qui est malus^d non ratione nature sed ratione accidentis, id est^e peccati quod commisit)" (*Is. 45,6-7*).- Item David (*Ps 103,26*) : "Draco iste quem formasti ad illudendum ei", et Isaie (*Is. 14,12*) : Quomodo cecidisti, Lucifer, qui mane oriebaris ?" Ecce ex his verbis patet quod aliquando fuit erectus et^f in luce existebat, quod nequaquam esse potuit nisi secundum bonam naturam a Deo creatam.- "Ecce^g tu signaculum similitudinis" (*Es. 28,12*) ergo habuit similitudinem aliquam cum Deo que non nisi bona esse potuit^h, et illa non nisiⁱ a Deo potuit esse.

Item de demonibus : "In operimento tuo omnis lapis pretiosus^j" (*Es 28,13*), ergo omnis angelus fuit aliquando pretiosus, quod non potuisset esse nisi^k a Deo creatus esset, cum omnis diaboli creatura deberet esse tenebrosa.- Item Luce decimo (*Lc 19,18*) : "Videbam Sathanam sicut fulgur de celo cadentem", ergo prius fuit erectus quam caderet, quod^l non nisi secundum bonam naturam et a Deo creatam esse potuit, cum (*F^o 136 r^o*) omnia^m opera diabolica sint tenebrosaⁿ.

QUOD DEUS FACIT PENALITATES QUE SUNT IN MUNDO ET IN INFERNO

Iacobi uli. (*Ja. 5,17*) : "Helias homo erat similis vobis, et oravit ut non plueret super terram, et non pluit annos tres et menses sex", quod quidem impetravit et habuit^p a Deo, cum in exemplum viri iusti intro- (*77 r^oa*) duxit eum beatus Iacobus.- Item prima Petri quinto (*II P. 2,4*) : "Si Deus angelis peccantibus^q etc... - Iude primo (*nI,5*) : Commonere autem vos volo etc... per totam^r.- De hoc Apocalypsis undecimo (*11,6*) : "Hi habent potestatem claudendi celi nubes^s ne pluant in diebus prophetie^t et potestatem habent super aquas convertendi in sanguinem et percutere^u terram omni plaga, quotienscumque^v voluerint".- Item in eodem^w (*11,19*) : "Quoniam hi duo prophete cruciaverunt eos qui habitant super terram".- Item ad Romanos primo (*I,28*) : "Propterea tradidit eos Deus in reprobum sensum", et supra : "in passiones ignominie"^x *I,26*.- Item secundo (*R 2,8*) : "Secundum duritiam autem tuam et cor impenitentem thesaurizas tibi iram in die ire et revelationis iusti iudicii Dei, qui reddat etc...^y" et ibidem (*2,8*) : "His autem qui ex contentione^z sunt et qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira^a, indignatio, tribulatio et angustia in omnem animam hominis operantis

x. Quod ... demones *deest* P.- y. + vera illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum T.- z. + humanitatis T.- a. et tenebrosos *deest* T.- b. et bonos homines T.- c. id est .- d. malum T.- e. id est *deest* T. - f. + quod T.- g. *deest* T.- h. que non nisi esse potuit bona P.- i. nisi P.- j. Omnis lapis pretiosus experimentum P.- k. non nisi T.- l. qui T. - m. *deest* P.- n. tortuosa P.- o. Quod ... inferno *deest* P.- p. non habuit nisi T.- q. + usque ibi per totum : Hi vero velud irrationabilia T.- r. + sic per totum ... "quecumque autem" T.- s. celum nubibus P.- t. *deest* P.- u. excommunicare T.- v. quocienscumque P.- w. + et munera mittant invicem T.- x. impassiones ignorantie P.- y. + unicuique secundum opera sua, his quidem etc... usque ibi : "His autem" T.- z. condemnatione P. a. + et T.

malum".- In Cantico Moysi^b (*Deut.* 32,23-26) : "Mox et^c congregabo super eos mala..." usque ibi : "et dixi etc...".- Ioan. nono (*Joh.* 9,3) de ceco nato "respondit Iesus: neque^d hic peccavit, neque parentes eius, sed ut manifestentur^e opera Dei in illo"^f.

QUOD DEUS CHRISTUS SIT VERUS DEUS ET ETERNUS,
LICET A PATRE GENITUS ET EIUSDEM SUBSTANTIE ET QUALITATIS^g

Petri^h secunda secundo (*2,1*): "Fuerunt vero etⁱ pseudoprophete in populo sicut et in vobis erunt magisgtri^j mendaces^k" et infra^l : "eum qui emit eos Deus negant etc...".

Ex hoc arguitur : "Si magistri mendaces dicuntur quia negant emptorem, id est Christum, esse Deum, ergo in veritate ipse est (*F° 137 r°*) Deus, et hoc^m tangit maximeⁿ sectam Patarinorum, quia inter ceteras hereses illa sola est^o hoc salutare^p inficiens.

Item Ioannis prima in fine (*I Joh.* 5,20) : "Scimus quia Filius Dei venit et dedit nobis sensum ut cognoscamus Deum verum^q et simus in vero Filio eius. Hic est verus Deus et vita eterna". Ero Filius est verus Deus.- Item Apocalipsis primo (*Ap.* 1,8) : "Ego sum Alpha et Omega, principium et finis, dicit Dominus Deus^r qui est et qui erat^s et venturus est, omnipotens", sed Filius venturus est ad iudicium, quia Pater omne iudicium dedit Filio. Ergo Filius est onipotens^t et Deus eternus.- Item Romanorum octavo (*9,5*) : "Ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia benedictus", ergo est Deus.- Item ad Titum secundo (*Ti.* 2,13) : Expectantes^u beatam spem et adventum glorie magni Dei et salvatoris nostri Iesu (*F° 137 v°*) Christi". – Et Iudas primo (*Ju.* 4) : "Subintroiverunt enim quidam homines...impii^v... et solum dominatorem et Dominum nostrum Iesum^w Christum negantes".- Item ad Hebreos primo (*Hb.* 1,8) : Thronus tuus Deus in secula seculi". Ecce quod Pater appellat eum Deum.- Item Ioannis tertio (*I Joh.* 3,16) : "In hoc cognovimus caritatem Dei, quoniam ille pro nobis animam suam posuit". Hoc fecit Christus^x sicut ipse dixit (*Joh.* 10,15) : "Animam meam posui pro omnibus meis", ergo ipse est Deus.

Apocalipsis quinto (5,9) : "Dignus es Domine Deus aperire Librum et solvere signacula eius, quoniam occisus es et redemisti nos Deo in sanguine tuo", sed Christus est qui occisus est pro redemptione nostra, ergo... etc^y.- Item Ioannis decimo sexto (*Joh.* 20,38) : "Respondit Thomas et dixit ei : Dominus meus et Deus meus".- Item Isaie nono (*Is.* 9,6) : "Parvulus^z (*F° 138 r°*) natus est nobis, et filius datus est nobis, et factus est principatus eius super humerum, et vocabitur nomen eius Admirabilis, Consiliarius, Deus, Fortis^a, etc...", ergo est Deus^b.

b. Moysi *deest* P. – c. Mox... et / Attendite populus meus et T.- d. usque P.- e. manifestantur T.- f. + igitur Deus fecit cecum nasci; non enim diabolus hoc fecisset ut manifestarentur opera Dei P.- g. Quod... qualitatis *deest* P.- h. + vero P.- i. vero et *deest* P.- j. ministri P.- k. +qui introducednt scas perditionis et "eum negant", sed magistri mendaces... emptorem, quod esgt Christum T.- l. *deest* T.- m. hic P.- n. manifestissime T.- o. sit T.- p. hunc salvatorem T.- q. nomen Domini P.- r. Deus *deest* P.- s. emit T.- t. sed Filius... omnipotens *deest* T.- u. spectantes P.- v. ibi P, *deest* T.- x. + hic Christus posuit animam suam pro nobis T.- y. + sed ipse occisus est, ergo ipse est Deus Y.- a. + Pater huius seculi P.- b. ergo est Deus *deest* T.-

DE ETERNITATE EIUS ET ETERNA GENITURA

Ioannis primo (1,1) : "In principio erat Verbum, etc..." Quod cum audisset hereticus "In principio", id est ante omnes creaturas, id est ab eterno "erat Verbum", scilicet Filius, et "Verbum erat apud Deum", qua temeritate asserit Filium non esse eternum et eternaliter a Patre genitum, denique et ipsum Verbum esse Deum ?

Item Micheas^c (5,2) : "Et tu Bethlehem Effrata^d, minima es in milibus Iuda^e. Ex te enim exiet dominator qui reget populum suum Isarel et egressus eius ab initio a diebus eternitatis^f". – Item^g Isaias (Is 53,8) : "Generationem eius quis enarrabit ?", ac si dicat^h : nullus potest, quia sine tempore est et ab eterno.- Idem reprehendens nos dicit (Is 5,20) : "Veh qui dici- (77 r^ob) tis bonum malum et malum bonum". Stricte enim omne creatum dicitur malum, quia, docente Apostolo (R 8,20) : "Creatura subiecta est vanitati". Stricte solus Deus bonus, sicut dicit Dominus in Evgangelio (Lc 18,19). Est ergo sensus : veh qui dicitis bonum, id est Christum qui est Deus, ut superius probatur, est malum, id est creatura in tempore; et malum, id est diabolus, qui est creatura in tempore, ut ostensum est supra, bonum, id est Deum, et eternum, cum non sitⁱ.

Item Ecclesiastici vigesimo quarto^j (Sap. 24,14) dicit Sapientia^k : "Ab initio et ante secula creata sum", id est genita. Sapientia Dei est Filius Dei, qui hoc dixit^l, ergo ipse est ab eterno genitus.- Item Hebreorum primo (Hb 1,5) : "**Cui dixit^m aliquando angelorum : Filius meus es tu. Ego hodie genui te**" ? Cum dixit hodie, et non determinat quam diem, patetⁿ quod quandoque^o dici potuit : "hodie" a Patre^p et quamdiu poterit dici ab eo quod Filius eius sit ab eo generatus et generetur^q, et ita ab eterno et in eternum.

Item prima Corinthiorum (I C 1,23) : "**Nos autem predicamus Christum crucifixum^r ...**, et infra (1,24) : "**Christum Dei virtutem et Sapientiam**", ergo ab eterno et a Deo Patre genitus. O heretice nequam, cogaris hoc concedere^s, nisi forte velis^t dicere insaniendo Patrem aliquando sine virtute et sapientia fuisse.- Item Ioannis decimo quarto^u (Joh. 17,5) : "Et nunc (F^o 139 r^o) clarifica me, tu Pater, apud Temetipsum, claritate quam habui priusquam mundus fieret apud Te". Sed ante creationem nulla fuit creatura, ergo Christus fuit ab eterno apud Patrem.

QUOD SIT EIUSDEM SUBSTANTIE CUM PATRE
ET EIUSDEM QUALITATIS^v

Ioannis secundo^w (J 1,18) : "Deum nemo vidit unquam^y. Unigenitus Filius qui est in sinu Patris, ipse enarravit nobis^z". – In eodem (J 3,16) : "Sic Deus dilexit mundum ut Filium suum^b unigenitum daret", et infra^c (J 3,18) : "Qui non credit iam iudicatus est, quia non credit in nomine unigeniti Filii Dei". Ecce quotiens audis unigenitum Filium Dei^d et ipsum esse in sinu, id est^e in secreto Patris, ipsum esse ex substantia et de substantia^f Patris sine tempore

c. Matth.- d.- terra P.- e. Minima in milibus *deest* P, + et infra.- f. + ergo est ab eterno genitus T.- g. *Deest* T.- h. Quam dicere P.- i. Idem reprehendens ... cum non sit *deest* P.- j. Sapientia T.- k. *Deest* T.- l. Sapientia... dixit / Loquitur in persona Sapientia, id est Filius T.- m. + enim T.- n. Determinatum qua die a Patre P.- o. Quodcumque T.- p. A Patre hodie T.- q. Et generatur *deest* T.- r. + rel. T.- s. Cogaris hoc concedere *deest* T.- t. Forte velis / velles T.- u. XXIII T.- v. Quod... qualitatis *deest* P.- w. I^o T.- y. + sed T.- z. nobis *deest* T.- a. dilexi Deum P.- b. Filium suum *deest* T.- c. Ita P.- d. Ecce ... Dei *deest* T.- e. et in T.- f. Et de substantia *deest* T.-

genitum, compelleris^g credere quod^h alias non posset dici unigenitus Dei, cum multisⁱ angelos in modum^j creationis genuisset Deus, nisi specialiter^k genuisset eum alio^l modo, quo nullus (*F° 139 v°*) alius sit genitus, id est ab eterno et de substantia eius, ymo hoc solo quia^m singulariter Filius Dei appellatur et nullus alius, datur intelligi specialitasⁿ generationis eius^o.

Ioannis sexto^p (*J 5,18*) : "**propterea^q ergo magis querebant Iudei eum interficere, quia non solum sabbatum solvebat, sed Patrem suum dicebat Deum, equalem se faciens Deo**".

Mathei undecimo (*Mt 11,27*) : "Nemo novit Patrem, nisi Filius etc...". Ergo est equalis secum et eiusdem substantie, cum^r solus Deus Deum agnoscere^s. Creatura enim in plenam sui creatoris^t cognitionem venire non valet, quia nullum finitum in infinitum potest extendi^u.

Ioannis octavo^v (*J 8,19*) : "Respondit Iesus : Neque^x me scitis neque Patrem meum. Si me sciretis, forsitan Patrem meum^y sciretis".- Idem XII^o (*J 14,9-10*) : "Qui vidit me videt et Patrem^z. Quomodo tu dicis : Patrem ostende nobis ? Non credis (*F° 140 v°*) quia^a ego in Patre et Pater in me est ?" His verbis identitas^b Filii et Patris evidenter^c declaratur.- Ioannis decimo (*10,30*) : Ego et Pater unus sumus", ergo est idem cum Patre in substantie equalitate, nec potest dici idem^d in voluntate, cum^e alibi dicat Filius (*Mt 26,39*) : "Pater, transeat a me calix iste, verumtamen non sicut ego volo, sed sicut Tu". Ergo aliquo modo volebat aliud quam Pater.

Ioannis Ia^f quinto (*I J 5,7*) : "Tres sunt qui testimonium dant in celo, Pater, Verbum et Spiritus sanctus, et hi tres unum sunt". Ecce quam aperte distinctio trium^g personarum Patris, Filii et Spiritus sancti et idem^h earumdemⁱ in^j una substantia demonstratur. – Ad Philippenses tertio (*2,6*) : "Qui cum^k in forma Dei (id est^m in plena essentia Patris dicens se equalem^l Deo) non arbitratus rapinam", id est quod suum^r erat usurpans^o. Ergo (*F° 140 v°*) equalis Deo. (*77 v°a*)

QUOD ANGELI QUI CECIDERUNT DE CELO ETERNALITER
SINT DAMNATI, ET QUOD^o COTIDIE DEUS NOVOS SPIRITUS
ET CORPORIBUS PLASMATUM SUORUM INFUNDIT^p

Petri secunda secundo (*II P 2,4*) : "**Si enim Deus angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus^q inferni^r detractos in tartarum tradidit in iudicium cruciandos reservari**". Ecce habes quod in tartarum^s sunt ligati rudentibus funibus^t penalibus, et quia adhuc reservantur^u ad maiorem cruciatum.

Item in canonica^v Iude (*6*) : "**Angelos vero qui non servaverunt suum principatum sed dereliquerunt suum domicilium, in iudicium magni Dei vinculis eternis sub caligine reservavit**", ex quo arguitur^x : si vinculis eternis sub caligine reservantur, ergo per eterna secula damnabuntur.- Hebreorum secundo (*2,15-16*) : "Ut liberaret eos qui timore mortis per totam vitam obnoxii erant servituti. **Nusquam enim angelos apprehendit, sed semen Abrahe**", ergo angeli non sunt salvandi, sed homines tantum.- Mathei vicesimo (*F° 141 r°*)

g. compellens T.- h. Quia P.- i. malos T.- j. principio T.- k. spiritualiter P.- l. cum alio / aliquo P.- m. quod P.- n. specialiter P.- o. eius *deest* T.- p. XX T.- q. preterea P.- r. ut solus Deus T.- s. cognosci T.- u. + de alia cognitione non potest intelligi.- v. decimo octavo.- w. Et dicit Christus P.- x. nec P.- y. *deest* P.- z. Idem ... Patrem *deest* P.- a. Quare P.- b. + essentie T.- c. cum videretur T.- d. non potest dicere P.- e. quod P.- f. *deest* P.- g. + divinarum P.-h. unitas T.- i. + identitas T.- j. et P.- k. *deest* P.- l. coequalem P.- m. scilicet T.- n. + non T.- o. usurpavit P; usurpatum T.- p. Quod ... infundit *deest* P.- q. videntibus P.- r. inferni P.- s. natura P.- t. funibus / id est similibus P.- u. ad hoc reservatur P.- v. *deest* T.- w. + in P.- x. ex quo arguitur / denique T.- . .

quinto^y (25,4) : "Discedite a me, maledicti, in ignem eternum qui paratus est diabolo et angelis eius", ergo alii erunt maledicti qui debent ire in ignem eternum, et alii angeli quibus paratus est ignis eternus; sed isti erunt^z homines, ergo alii erunt^z angeli qui ceciderunt^a.

DE CREATIONE NOVORUM SPIRITUUM^b

Ioannis sexto (5,17) : "Pater meus usque modo operatur, et ego operor". Cum dicit^c Dominus "ego operor" in presenti^d et non determinat^e certum finem temporis, per ipsum verbum videtur^f quod usque in finem mundi operatur^g. Et si operatur, que opera sunt nisi^h novas creaturas, scilicet animas vel novas facturas, scilicet corpora, cum non sint alieⁱ nove creature ? Nec^j potes spiritualiter^k exponere, ut dicas quod^l operatur salutem hominum Filius nunc, quia secundum hoc, et illam Pater^m fuisset operatus, cum dicatⁿ Filius : "Pater (F^o 141 v^o) usque nunc operatur". Quod falsum^o est secundum tuam sectam, quod^p ante adventum Christi fuisset aliqua salus in terra.- Ad Romanos sexto^q (8,20) : "Vanitati enim creatura subiecta est non volens, sed propter eum qui subiecit eam in spe hac, scilicet quia et ipse liberabitur a servitute corruptionis". Intelligat hereticus Deum^r subiacere vanitati creaturam^s, id est corruptioni que est in corpore, et quod^t Deus dat ei spem quoe liberabitur a corporis corruptione, quare^u Deus animas corporibus subiecit viciosis^v.

Actuum decimo septimo (17,25) Paulus ibi^w : "Deus non colitur humanis manibus indigens aliquo, cum ipse det^x omnibus vitam et inspirationem".- Ad Hebreos duodecim (12,9) : "Deinde **patres quidem carnis nostre habuimus eruditores et reverebamus eos, non multo^y magis obtemperabimus Patri spirituum, et vivemus ?**" Ecce quod hic^z mani- (F^o 142 r^o) feste innuit^a corpora nostra diversis temporibus generata^b, quod non nisi operante Deo potuit esse.- Et postea dicit : "non magis obtemperabimus Patri spirituum ?^c" ut innueret^d quod corporibus^e propagatis Deus novos spiritus infundit, et quod non ex traduce veniunt spiritus, sicut veniunt corpora.- Isaias (42,5) : "**Hoc dicit Dominus, creans celos et extendens eos, et firmans terram et que germinantur^f ex ea, dans flatum populo qui est supesr terram et spiritum calcantibus eam**".- Ieremie primo (1,4-5) dicit ei^g Dominus : "Antequam exires de vulva sanctificavi te", ergo in utero matris formavit eum.

QUOD LEX MOYSI SIT BONA ET A BONO DEO DATA^h

Ad Romanos secundo (2,13) : "Non enim auditores Legis iusti sunt apud Deum, sed factores Legis iustificabuntur apud Deum"ⁱ. Ergo bona Lex mosayca de qua hic loquitur Apostolus, ex quo "huius^j doctores iustificabuntur".- Idem in eodem (2,23) : Qui in Lege gloriaris per prevaricationem Legis Deum inhonoras" : ideo^k loquitur : qui inhonorabat Deum

y. XXVI T.- z. erant T.- a. + si velles dicere, heretice, quod illi angeli erant diaboli, ergo homines erant T.- b. + et infusione eorum in novis corporibus P.- c. dicat T.- d. in presenti *deest* T.- e. determinet Y.- f. per ... verbum / indicat T.- g. operatur P, + nec poterit dici hoc verbum "operor" T.- h. quedam opera non nisi T.- i. anime T.- j. non P.- k. specialiter P.- l. utique T.- m. Pater illam T.- n. dicit P.- o. factum P.- p. quia P. q. IX T.- r. deinde T.- s. creaturam non vanitati T.- t. et quod / ubi T.- u. quia T.- v. vicio + sicut T.- w. Paulus ibi *deest* T.- x. det ipse P.- y. non multo / et non T.- z. + Apostolus T.- a. univit P.- b. et adversis P.- c. non lu par Douais.- d. innuat T.- e. operibus P.- f. Generantur T.- g. *Deest* T.- h. + et quod omnia dicta prophetarum (F^o 142 v^o) sint recipienda P.- i. Legis ... Deum / id est iusti T.- j. ex quo huius / Sest eius T.- k. in honore in Deo P.

non servando Legem (77 v^ob) mosaycam in qua erat gloria sua. Ergo servans eam Deum honorasset^l, in qua bona est Lex^m.- Idem III^o (3,1-2) : "**Quid est amplius Iudeo ? Aut que utilitas circumcisionis ? Multum per omnes modum. Primum quidem quia tradita sunt ei eloquia Dei**". Eloquia Dei appellat ea que in Lege veteri continentur. Ergo bona est lex vel Vetus Testamentum, si eloquia Dei continentur in eaⁿ.- Idem septimo (7,7) : "**Quid ergo dicemus ? Lex peccatum est ? Absit**". Ergo non est mala, si non est peccatum. – Item in eodem (7,12) : "**Lex quidem sancta et mandatum sanctum et iustum et bonum**. Quod ergo^o bonum est^p mihi factum (F^o 143 r^o) est mors ? Absit". Expresse hic ostendit quod Lex bona est^q.- Idem in eodem (7,14) : "**Scimus enim quoniam Lex spiritualis est; ego autem carnalis** sum, venundatus sub peccato".- Idem in eodem (7,22) : "Condelector enim Legi^r Dei secundum interiorem hominem, ergo^s etc...".- Idem (7,25) : Per totum^t igitur ego ipse mente servio Legi Dei, etc...".- Item decimo (9,14-15): "Quid ergo dicemus ? Numquid iniquitas apud Deum ? Absit. Moysi enim dicit...". Ergo Deus apud quem non est iniquitas locutus est Moysi, ergo Deus bonus^v.- Ad Galatas tertio (3,17) : "Hoc autem dico testamentum confirmatum^w a Deo", ergo bonum est Vetus Testamentum^z si a Deo confirmatum est.- Idem in eodem (3,19) : "Quid igitur Lex ? propter transgressionem^y posita est, donec veniret^z semen cui^a promiserat, ordinata per angelos in manu mediatoris", ergo bona est.- Idem in eodem : (3,21) : "Lex ergo adversus promissa Dei ? (F^o 143 v^o) Absit". Igitur non est mala sed bona^b.- Item tertio Galatarum (3,24) : "**Lex pedagogus noster fuit in Christo**", ergo itaque, o^c heretice, bona est Lex, si nos duxit^d ad Christum.- Idem quarto (4,4) : Misit Deus Filium suum natum^e ex muliere, factum sub Lege^f. Non est igitur Lex diaboli opus^g, non enim sub opere maligni fecisset Deus Filium suum^h.

Ad Thimote, secunde primo (II Tim. 1,8) : "Scimus autemⁱ quia bona est Lex, si quis ea legitime utatur, scientes hoc quod iustis Lex non est posita, sed iniustis et non subditis etc...".- Ad Hebreos octavo (8,8-9) : "**Ecce dies veniunt, dicit Dominus, et consummabo super domum Israel, super domus Iude ... non secundum testamentum quod feci patribus eorum in die illa, qua^k apprehendi manum illorum ut educerem eos de terra Egipti, quoniam ipsi non permanserunt^l in testamento meo, et Ego neglexi eos**, dicit Dominus". Hic manifeste ostendit quod^m Vetus Testamentum fecit Deus et suum appellat istud Testamentumⁿ quod Iudei irritavere^o.

Ac. Septimo (7,2-53) : "Viri fratres, audite : glorie Deus apparuit^p nostro Abraham..." usque ibi : "audientes autem".- Idem in eodem : "Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, Deus pater glorificavit Filium suum Iesus". Ergo optimus fuit Deus patrum nostrorum, Deus scilicet Veteris Testamenti qui fuit pater Domini nostri Iesu Christi glorificans eum^q.

l. honorabitur T.- m. ita bona est Lex quantum in se P.- n. Idem III^o ... in eo *deest* P.- o. Ergo quod P.- p. *deest* P. q. Expresse ... est / Set et quomodo posset Apostolus expressius hanc sententiam significare quam per ista verba? T.- r. Lege P.- s. Ergo / vido autem T.- t. *Deest* T.- u. *Deest* P.- v. + Ergo a bono Deo est Lex Moysi. Ad Cor. Iia, VI^o (6,16) : "Vos enim estis templum Dei vivi, sicut Deus dicit : "Quoniam habitabo in illis etc..." Set hoc dicit in Veteri Testamento. Ergo bonus est, si Deus in eo loquitur P.- w. firmatum P.- x. Testamentum Vetus T.- y. transgressionem P. transgressorem T.- z. Venisset P.- a. Quod P.- b. Idem ... bona *deest* T.- c. *deest* P.- d. ducit P.- e. factum T.- f. +Christi P.- g. non ... opus / itaque bona est.- h. + Idem V^o (5,14) "Omnis enim lex in uno sermone impletur : "Dilige proximum tuum sicut te ipsum". Ergo bona est Lex, cum in bono impletur T.- i. enim P.- j. Scientes... etc *deest* T.- k. *deest* P.- l. me neglexerunt T.- m. ostendit quod / introduxit Paulus quia.- n. istud P / illud T.- o. irritaverunt T.- p. appellavit P.- q. Ac. ... *deest* T.-

Mathei quinto (5,17) : "Nolite putare quoniam veni^r solvere Legem aut^s Prophetas : non veni solvere sed adimplere. Amen quippe dico vobis, donec transeat celum et terra... iota... etc...". Si ergo Christus non venit solvere Legem sed adimplere, et nihil de ea vult removeri donec omnia fiant que in ea continentur, patet manifeste ipsam non fuisse opus diaboli set Dei, cum alibi dicatur quod "Filius Dei in hoc apparuit, ut dissolvat opera diaboli" (I J 3,8)^t.- Iohannis decimo (8,54) : Pater meus est qui glorificet me, quem vos dicitis quia Deus vester est". Ergo fuit bonus Deus Iudeorum si fuit pater Domini nostri Iesu Christi.- Item Mathei septimo (7,12) : "Omnia quecumque vultis ut (F^o 144 v^o) faciant vobis homines, et vos facite eis. Hec est Lex et Prophete". Ecce iubet Christus servari Legem et Prophetas, ergo bona fuit Lex^u. – Idem vicimo (Mt 19,17-18) : "Si vis ad vitam ingredi, serva mandata. Dicit illi^v : que ? Iesus autem^w dixit ei : Non homicidium facies^x, non adulterabis^y, etc... Dicit illi adolescens : Omnia hec custodi^z". Ergo bonus fuit ille Deus qui dedit talia mandata, que Deus vult custodiri. Nec^a potes dicere quod Deus Veteris Testamenti quedam bona, quedam mala preceptga dedisset, cum Dominus dicat (Mt 7,18) : "Arborem malam fructus bonos^b facere non posse, etc...^c" – "Numquid de eodem foramine fons emanat dulcem et amaram aquam ?", et maxime cum hoc esset contra tuam sectam, qui^d dicis malum sacerdotem non posse predicare vel sacrificare vel similia facere^e. – Idem decimo tertio (Mt 22,36-40) : "Magister, quod est manda- (F^o 145 r^o) tum magnum in Lege ? Ait illi Iesus : "Dilige Dominum Deum tuum ex toto corde etc... Hoc est mandatum. Secundum est simile huic : Dilige proximum tuum etc... In his duobus mandatis tota Lex pendet, et Prophete".- Ioannis sexto (5,39) : "Scrutamini Scripturas, quia vos putatis^f in ipsis vitam eternam habere, et ille sunt qui testimonium perhibent de me". Constat quod de scripturis Veteris Testamenti loquitur Dominus, in quibus sperabant Iudei^g. – Idem in eodem (5,46) : "Si enim credideritis Moysi, etc..." (78 r^oa) Nonne Moyses dedit vobis Legem, et nemo ex vobis facit Legem". Redarguit eos Dominus de transgressione Legis, ergo eam servare bonum est^h. – Item Luce decimo sextoⁱ (16,29) : " Habent Moyses et Prophegas, audiant illos etc...". Ergo bona est Lex, boni sunt Prophete^j.

QUOD DICTA PROPHETARUM (F^o 145 v^o) RECIPIENDA SUNT^k

Ad Romanos primo (1,2) : "Quod ante^l promiserat in scripturis per prophetas suos de Filio suo". Ergo prophete qui ante adventum Christi fuerunt^m Dei fuerunt, et dicta sua sancta, ergo recipienda suntⁿ. – Idem tertio (3,21) : "**Nunc ergo sine Lege iustitia Dei manifesta est**" manifesta **autem a Lege et prophetis**". Ergo sancta sunt scripta Legis et Prophetarum, si in eis iustitia Dei manifesta est.- Idem decimo quinto (15,4) : "Quecumque enim scripta sunt ad nos etc...", sed tunc non erant scripta nisi Vetus Testamentum, ergo etc...^o. – Ad Thess. III^p (I Th 5,19-20) : Spiritum nolite extinguere, prophetias^q nolite spernere", ergo sunt recipienda.- Ad Hebreos primo^r (1,1) : "Olim Deus loquens patribus in prophetis".- Ad idem quarto (4,7):

r. venit P.- s. Ait P.- t. Amen ... diaboli *deest* P.- u. Iohannis ... Lex *deest* T.- v. ille P.- w ante P.- x. occides T.- y. adulterum P.- z. Dicit ... custodiri *deest* T.- a. custodiri. Nec / observari. Et non T.- b. bonum fructum T.- c. + et item apostolus Ia. (3,11) T.- d. qua T.- e. + cum sit malus. Set quis diabolo nequior est ? T.- f. non putamus P.- g. Item decimo ... Iudei *deest* T.- h. Legis ... est *deest* T.- i. + Et ait illi Abraam T.- j. Ergo... Prophete *deest* P.- k. De dictis prophetarum recipiendis T.- l. autem T.- m. qui dicunt adventum Domini fuerunt servi T.- n. ergo ... sunt *deest* T.-

"Quapropter sicut dicit Spiritus sanctus : Hodie (*F° 146 r°*) si vocem eius audieritis^s", ergo sanctus Spiritus locutus est per prophetas^t. – Pet. IIa (*1,19*) : "Ita habemus firmiorem propheticum sermonem".- Act. VIII (*1,16*) : "Fratres, oportet impleri Scripturam, quam predixit Spiritus sanctus per os David". – Idem II° (*2,16-17*) : "Et hoc est quod dictum est per Ioel : Erit in novissimis diebus, dicit Dominus effundam de spiritu meo, etc...^u". – Idem secundo (*3,18*) : "Deus autem qui prenuntiavit^v per os omnium prophetarum, ergo etc...".- Mat. VIII (*8,17*) : Ut adimpleretur quod dictum est per Ysaïam prophetam : ipse infirmitates nostras accepit".- Mar. VI (*7,6*) : "Bene prophetavit de vobis Ysaïas hipocritis, sicut scriptum est : Populus hic labiis me honorat". Lu. I (*Lc 1,55*) : "Sicut locutus est ad patres nostros Abraham et semini eius in secula^x".- Idem Luce ultimo (*24,25*) : "O^y stulti et tardi corde ad credendum in omnibus que locuti sunt prophete^z".

DE MIRACULIS ABRAHAM, ISAAC ET IACOB ET^a MOYSI
QUOD SINT BONA^b ET QUOD IPSI SINT SALVI CUM CETERIS
PATRIBUS VETERIS TESTAMENTI^c

intelligereⁿ beatum Paulum hoc^o loqui de baptisma^p spirituali, id est de predicatione^q vel manuum impositione, quia hic nisi^f duos homines et unam familiam predicasset : "Gratias ago Deo meo quod neminem baptisavi nisi etc...", si tam miserabiliter officium^l predicationis exercuisset, ad quod specialiter^u erat tanquam^v (*F° 164 v°*) "vas electionis" (*Act. 9,15*) electus.- Item quod differentia^v sit inter baptisma^x de quo fuerat ante loquutus et predicationem subdit : "Non enim misit me etc..."- Idem tertio (*I Cor. 3,6*) : Ego plantavi, Apollo rigavit, Deus autem etc...". Ergo bonum est baptisma^z aque, sed sanctus Apollo dicebat idem^a. – Ad Ef. III^{ob} : "Unus^c Deus, una fides, unum baptisma". – Idem in eodem quinto (*5,25-26*) : "Viri, diligite uxores vestras sicut^d **Christus dilexit Ecclesiam et se ipsum tradidit** pro ea ut eam sanctificaret, mundans^f eam lavacro^g aque^h in verbo vite" (vel invocatione Trinitatis).- Actuum secundo (*2,38*)ⁱ : "Petrus ait ad illos : penitentiam agite, et baptisetur unusquisque vestrum in nomine Iesu Christi, in remissionem^j peccatorum", ergo ut remissio peccatorum adsit, necessarium est ante^k baptisma; nec potest dici quod idem sit baptisma quod penitentia, cum dicat prius : "penitentiam agite", et postea : "baptisetur".- Idem (*F° 165 r°*) octavo (*8,12*) : "Cum vero credidissent Philippo evangelisanti de Regno Dei, in nomine^l Iesu Christi bapbisabantur viri et mulieres", ergo prius predicati et postea baptizabantur in nomine Iesu Christi; igitur fides et predicatio non est idem quod baptismus^m. – Item in eodem "Aitⁿ eunucus (*8,36*) : **Ecce aqua^o, quis prohibet me baptisari ? Dixit autem Philippus : si credis^p ex toto corde, licet**" et postea sequitur^q : "Et iussit stare currum et descenderunt uterque Philippus et eunucus in aquam et baptizavit eum". Hic dicat hereticus quare descenderunt uterque in aquam spirituales, sed (*Corr.:* si) uterque cepit predicare unus alteri an non, an vero uterque cepit tunc agere penitentiam, an vero uterque cepit manuum impositionem facere, ita quod unus alteri, et quare postea sequitur : "et baptisavit eum".- Idem (*F° 165 v°*) nono^t (*9,18*) : "Surgens baptisatus est", scilicet Paulus. Sed hoc de manuum^u impositione intelligi non potest, cum superius dicatur (*9,17*) : Et abiit Ananias et intravit^v domum et imponens ei manus, dixit ...". Igitur ante impositio^x manuum facta fuerat^y; ergo baptisatus est postea in aqua naturali^z.- Item decimo (*10,47*) : "Tunc respondit Petrus : **Nunquid aquam quis prohibere potest ut non baptisarentur hi qui Spiritum sanctum receperunt sicut et nos ?**" Secundum hoc si verum est quod Spiritus sanctus non detur nisi per manus impositionem, igitur antea manus impositio facta erat quam baptisarentur. Item manus impositio non fit nisi predicatio precedat, ergo postea baptisati sunt in aqua temporali et naturali.- Item decimo sexto (*16,33*) : "Extollens (*Corr.:* Et tollens) illos in una (*Sic*) hora noctis lavit plagas eorum et baptisatus est et domus eius tota continuo^{an}".- Item decimo (*F° 166 r°*) nono^b (*19,3-5*) : "Ille vero ait (scilicet^c Paulus) : in quo baptisati estis ? Illi autem^d dixerunt primo^e Ioannis Baptiste. Dixit autem^f Paulus : Ioannes baptisavit baptismo penitentiae, dicens, in eum qui venturus esset post eum ut crederent (id^g est in Iesum). His auditis baptisati sunt in nomine Domini Iesu^h et cum imposuisset illis manus Paulusⁱ, venit^j sanctus Spiritus

n. + filius iniquitatis hic ? T.- o. *Deest* T.- p. Baptismo T.- q. precatone T.- r. hoc non T.- s. + Immo quamplurimum ingemiseret T.- t. affectum T.- u. spiritualiter P.- v. *deest* T.- w. dicit P.- y. *deest* T. – z. baptismus T.- a. Sed ... item / si Apollo exercebat illud T.- b. quarto P.- c. una P.- d. + et T.- e. eam P.- f. mandans P.- g. lavacrii P.- h. aque *deest* T, + non P.- i. III^o Y.- j. remissione P.- k. aque T.- l. Domini nostri T.- m. + Ergo baptizabantur postea aque baptisate T.- n. dixit P.- o. aquam T.- p. credas P.- q. postea sequitur / plus P.- r. *deest* P.- s. Hic ... eum / Non potest intelligi de aqua spirituali, quia sic uterque cepit predicare unus alterum, aut uterque cepit tunc agere penitentiam, aut uterque cepit manus impositionem facere unus alteri T.- t. X T, + Et P.- u. manus T.- v. introivit T.- w. Ego T.- x. manus impositio T.- y. +ei T.- z. ergo ... naturali *deest* T.- a. Secundum... continuo *deest* T.- b. XXI T.- c. Ille... scilicet / dixit T.- d. Qui T.- e in T.- f. *deest* T.- g. hoc T.- h. nostri Iesu Christi T.- i. *Deest* T.-

super illos^k etc...", ergo prius illos predicavit^l cum dixit : in quo baptisati estis ? et post^m baptisavit, demumⁿ manus eis imposuit; igitur^o baptisma non est predicatio nec manus impositio; igitur aqua naturali baptisati sunt^p. –

Idem primo Ioannes (*Sic*) ante penultimum (*I J 5,8*) : "Tria sunt que testimonium dant in terra, Spiritus, aqua et sanguis^q".- Mathei ultimo (*Mc 16,16*) : "Qui crediderit et baptisatus fuerit salvus erit". – Idem Luce tertio (*Lc 3,21*) : "Factum est ut cum baptisaretur omnis populus et Iesu baptisato (*F° 166 v°*) et orante^r", hoc nunquam de predicatione potest intelligi vel manus impositione, quia tunc non predicabatur aliquid, secundum^s hereticum saltem^t, nec manus imponebatur alicui nec Christus indigebat his^u, igitur in aqua naturaliv baptisatus est Dominus. Quod quidem si malum fuisset et non esset occasio salutis^w nunquam eo usus fuisset Dominus, qui dixit se nostrum magistrum esse^x veritatis, et iterum : "Quemadmodum facio, et vos facitis".- Mathei ultimo (*28,19*) : "**Euntes^z baptisantes^a eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti**".- Ioannis tertio (*3,5*) : "Et respondit Iesus^b : Nisi quis^c renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto", ergo aliud est baptismum aque^d et aliud gratia Spiritus sancti, cum ibi interponatur^e hec copula "et" que est nota diversitatis^f. Preterea^g si sine baptismo^h non potest introire in Regnum celorumⁱ, ergo (*F° 167 r°*) baptisma sanctum, bonum et utile est^j.- Idem III^k (*J 3,22*) : "Venit Iesus et discipuli in Iudeam terram et illic demorabatur cum eis^l et baptisavit". – Idem in eodem quinto (*4,1*) : "Cognovit^m Iesusⁿ quia audierunt^o Pharisei quia Iesus plures discipulos facit et baptizat quam Ioannes, quanquam Iesus non batisaret set^p discipuli eius", sed hoc de predicatione vel manus impositione intelligi non potest, quia tunc discipuli non predicabant, nec etiam Spiritum sanctum per manus impositionem dabant, cum non secundum hereticos ipsi sibi receperant; nec etiam est putandum tantum nefas ut credatur Christum tunc non predicare vel Spiritum sanctum non dare; ergo materialiter baptisabant discipuli Veritatis, ymo Dominus per eos, cum dicatur superius quod ipse baptisaret^q, et postea quod non baptisabat. Dominus baptisabat per discipulos suos, per se autem minime. Ergo sanctus estis baptisma (*F° 167 v°*) et faciendum.

Hereticus dicit Mathei (*Sic*)(*Act. 1,5*) : "Ioannes baptisavit aqua. Vos autem baptisamini Spiritu sancto non post paucos dies". Ergo baptismus non est in aqua, sed Spiritu.- Sed dicit iterum hereticus : "Esto quod valeat baptisma aque, ut vos dicitis, tamen probo quod non valet pueris, sed tantum adultis, quia Marci ultimo (*Mc 16,16*) : "**Qui vero non credit condemnabitur**". Sed iste parvulus, sive sit baptisatus sive non, non credit quia non movetur motu fidei, ergo condemnabitur, ergo nihil prodest baptismus.- Ad quod sic respondemus, quia id sic debet exponi : Qui vero non crediderit si sit aptus ad credendum, unde loquitur ibi de adultis, quorum fides requiritur, et fides Li ar... (*sic*) etiam cum baptismo ad hoc quod salventur, et quod sic debet exponi respondendum per similem expositionem.- Dicit Iacobus tertio (*3,2*) : "**Si quis in verbo non offendit**, hic perfectus est vir", sed obiicio tibi, heretice : (*F° 168 r°*) Ille puer, nec dum loquitur, in verbo non offendit, ergo perfectus est vir, vel tu dices qui non offendit, cum sit aptus offendere, similiter expono ex illa parte.

k. eum T.- l. predicaverat T.- m. Postea T.- n. deinde T.- o. ergo T.- p. igitur ... sunt *deest* T.- q. idem... sanguis *deest* T.- r. etc. T.- s. siliendum P.- t. *deest* T.- u. Christo indulgebat T.- v. materiali T.- w. et non ... salutis *deest* T.- x. *deest* T.- y. *deest* P.- z. + ergo docentes omnes gentes T.- a. Baptisatge P.- b. Et respondit Iesus *deest* T.- c. qui P.- d. aqua baptismi + id est ipsum sacramentum T.- a. ibi ponatur T.- f. que ... divesitatis *deest* T.- g. Et T.- h. utroque T.- i. Celeste T.- j. baptisma ... est / multum est necessarium et sanctum et utile T.- k. Philippensium quarto P, + post hec T.- l. cum eis *deest* T.- m. Agnovit T.- n. Iohannes T.- o. audierant P.- p. et P.- q. baptisabat T.- r. Dominus... discipulos / quasi diceret : baptisabat per suo T.- s. sanctus est / factujm est aqua materiali T.-

QUOD IN FIDE PATARINORUM (*Corr.*: PATRINORUM)
SACRAMENTUM RECIPIUNT

Probo autem tibi multis auctoritatibus quod pueri in fide patarinorum (*Corr.*: patrinorum) qui respondent : Credo, sacramentum recipiunt et salvantur si decedant. Mathei decimo nono (18,2-3) : "Et advocans Iesus parvulum, statuit in medio eorum et dixit : Nisi converti fueritis et efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in Regnum celorum". Ergo exemplo illius pueri innuit Dominus et alios pueros salvari, et maxime cum dicit : "Nisi converti fueritis (*F*^o 168 v^o) et efficiamini sicut parvuli etc..." Sed in sua fide non salvantur, cum non ea moveantur propter etatis debilitatem; igitur in fide patarinorum (*Sic*) salvantur. – Idem in eodem (18,10) : "Videte ne condemnetis (*Corr.* : contemnatis) unum ex his pusillis. Dico enim vobis quia angeli eorum semper vident faciem Patris mei qui in celis est"^t.- Idem decimo (9,2) : "Et ecce **offerebant^u paralyticum iacentem in lecto, et videns Iesus fidem illorum dixit paralytico : Confide, fili, remittuntur peccata tua^v**", ergo in aliorum fidem remisit ei Dominus peccata. Similiter ergo^w baptismus in patrinorum^x fide pueris prodesse potest.- Item octavo (*Mt* 8,13) : "Dixit Iesus^y centurioni : **Et sicut credidisti fiat tibi, et sanatus est puer in illa hora**", ergo in alterius fide sanatus est puer et paralyticus, quod autem non fit (*corr.*: fiat) de pueris nostris non video^z.- Idem decimo quinto (*Mt* 15,28) : Tunc respondens Iesus ait illia : **O mulier, magna est fides tua. Fiat tibi sicut vis^b, et sanata est (*F*^o 169 r^o) filia eius in illa hora**", ergo in fide mulieris cananee sanata est filia eius^c. – Mar. VII^d (*Mc* 9, 21-23) : "Sed^e si quid potes^f, adiuva nos, misertus nostri". Hoc autem^g dixit Domino pater cuiusdam^h demoniaci cui Dominus ait : **Si potes credere, omniaabilia sunt credenti. Continuo exclamans pater pueri cum lacrimis aiebat : Credo, Domine...**postea statim liberavit eum Dominus", ex quo patet quod in fide patris liberavit eum a demonis vexatione.- Item octavo (*Mc* 9,35-36) : Et accipiens puerum statuit eum in medio eorum. Quod cum complexus esset ait illis ; Quisquis unum ex huiusmodi miserimis in nomine meo recepit...", nec potest hoc de pueri Christo specialiter exponi, cum dicatur quod ipse Iesus statuit illum puerum in medio et complexus est, et "si quis receperit eum in nomine meo etc..."ⁱ.

QUOD PANIS ET VINUM (*F*^o 169 v^o) IN CONSECRATIONE
CONVERTANTUR IN CORPUS ET SANGUINEM^j
DOMINI NOSTRI IESU^k CHRISTI

Mathei vicesimo octavo^l (26,26) : **Cenantibus autem eis accepit^m panem, benedixit et fregit, deditque discipulis suis et ait : Accipite et comedite ex hoc omnes, hoc est corpus meum. Et accipiens calicem gratias agit Deo etⁿ dedit illis dicens : Bibite ex hoc omnes, hic est sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effundetur in remissione**

t. Hereticus dicit...celis est *deest* T.- u. afferebant P.- v. tibi peccata T.- w. similiter ergo / ita et T.- x. patarinorum P.- y. dixit Iesus *deest* T.- z. sanatus ... video *deest* T.- a. Tunc... illi *deest* T.- b. Fiat... vis / Et sequitur T.- c. ergo... eius *deest* T.- d. Mathei duodecimo P.- e. *deest* T.- f. si quid potes / hic qui potes P.- g. *deest* T.- h. *deest* T.- i. cui Dominus ... meo etc *deest* T.- j. animas T.- k. Domini Iesus *deest* T.- l. XXXII T.- m. + Ihesus T.- n. et *deest* T.-

peccatorum etc... Ex his verbis patet quod in consecratione convertitur panis et vinum in corpus et sanguinem Christi. Si enim non hoc esset, frustra Dominus panem appellasset corpus suum et^o vinum sanguinem quem^p effundi predixit^q in peccatorum remissionem. Nec etiam^f posset dicere hereticus quod ista verba non referentur^s ad (*F^o 170 r^o*) panem et vinum trnaslatum^t in corpus suum^u et sanguinem, cum hoc pronomen "hoc" sit demonstrativum^v ad oculum et intellectum^w, cum de illo quem prius appellaverat panem benedictum^x elevatum et fractum dicit : "Accipite, hoc est corpus meum, etc...^y", vel in relatione tenetur hoc immediate ad Christi sanguinem vel etiam mediate^z, saltem^a convincitur^b hereticus de Christi humanitate.- (*80 r^oa*)

Ioannis sexto^c (*J 6,51-52*) : **"Ego sum panis vivus, qui de celo descendit; si quis ex hoc pane manducaverit^d, vivet in eternm, et panis quem ego dabo^e caro mea est pro mundi vita"**. Ecce^f hunc panem vocat se ipsum et carnem suam, quam si quis receperit^g, vivet. Itaque ad salutem recipiendum est corpus Domini.- Item in eodem (*6,54*) : **"Amen, Amen dico vobis, nisi manducaveritis carnem Filii hominis etc...^h"**. Nescio qualiter expressius; potuisset Dominus dicere; quod in (*F^o 170 v^o*) hac parte sancta credit Ecclesia.- Ad Corinthios decimo (*I Cor. 10,16*) : **"Calix benedictionis cui^k benediximus, nonne communicatio^l sanguis^m Christi, et panis quem frangimus, nonne participatio corporis Domini est ?"** – Idem undecimo (*I Cor. 11,23-24*) : **"Ego accepi a Domino quod et tradidi vobisⁿ : Dominus Iesus, in qua nocte tradebatur, accepit panem et gratias agens^o, fregit et dixit : Accipite et manducate^p, hoc est enim corpus meum quod pro vobis in futuro debebat tradi^q".** Si^r de corpore doctrine sue intellexisset^s, quomodo in futuro dixisset "tradetur" et post^t : **"itaque qui manducaverit panem hunc vel bibet calicem Dei indigne reus est corporis Domini et sanguinis"**. Dicat anathema qua ratione si quis indigne comedit^u panem simplicem et bibit simplex^v vinum reus sit^w corporis et sanguinis Domini. Eodem modo quero si hoc verbum^x : hoc est corpus (*F^o 171 r^o*) meum si exponitur, ut^y delirat hereticus^z : hoc est corpus meum, id est significat corpus meum, quare et quis^a comederit indigne de hoc significante^a reus esset de corpore Domini, cum illud non esset. Item^c quomodo per craturam diaboli, scilicet per panem et vinum sicut aliqui ex vobis dicunt^d, posset tam pretiosum quid significari, scilicet corpus et sanguinem^e Domini nostri Iesu Christi. Sequitur : "Probet autem seipsum homo, et sic de pane illo edat et de calice bibat; qui enim indigne manducat et bibit, iudicium sibi manducat et bibit, non diiudicans corpus Domini" (*28,29*); ergo in hoc iudicium sibi sumit, quia non diiudicat corpus Domini, cum indigne^f, id est cum peccato mortali hunc panem manducet^g et de hoc calice bibet^g. Ergo etiam ibi^h corpus Domini Iesu Christi latet sub hostia sanctificata, quod ad salutem necessarium est a fidelibus (*F^o 171 v^o*) sumi.

o. vel T.- p. sanguinem quem *deest* T.- q. predixit *deest* T.- r. *deest* T.- s. referantur T.- t. et vinum translatum / transsubstantiatum T.- u. eius T.- v. cum hoc vel hic sit relativum.- w. + non T.- x. ° et T.- y. + similiter et de vino T.- z. medietate P.- a. saltim T.- b. convertitur T.- c. Idem VIII T.- d. manducaverit ex hoc pane T.- e. dederam P.- f. + quod T.- g. acceperit T.- h. + rel. T.- i. *deest* T.- j. exprimere T.- k. tibi P.- l. benedictione communicamus T.- m. sanguis + est T.- n. quoniam T.- o. agente P.- p. comedite P.- q. quod ... tradidit / etc.. T.- r. + enim P.- r. intellexit P.- t. et post ... sanguinis / Sequitur (*25,27*) : "Similiter ... + rel. T.- :u. indigne *deest*, comedat P.- v. simplicem T.- w. erit T.- x. Eodem... verbum / quod si eodem modo in hoc T.- y prout false T.- z. *deest* T.- a. et quis / et intendit qui T.- b. significare T.- c. Vel T.- d. sicut... dicunt / sacrum alias dicere T.- e. sanguis P.- f. indignatione P.- g. manducat, bibit T.- h. id est T.- i. igitur corpus Domini T.-

QUOD IN MATRIMONIO NON EST QUERENDA SEPARATIO
ET QUOD BONUM EST ET SANCTUM^j

Ac Corinthios Ia^k septimo^l (*I Cor.* 7,2) : **"Propter fornicationem autem unusquisque suam uxorem habeat, et unaquaque suum virum habeat"**^m. Ergo propter fornicationem vitandam bonumⁿ est matrimonium, quod hic consulit Apostolus, nec potest diceren patarinus^o quod sic debeat intelligi, id est^p propter fornicationem faciendam. Nunquam enim tam sanctus Apostolus concessisset^f aperte vel tacite mortale peccatum, maxime cum inferius dicat de ses : "Puto autem quod et ego^t spiritum Dei habeam". Sed Spiritus Dei nunquam concederet hoc quod malum est faciendum.- Item in eodem^u : **"Vir (F^o 172 r^o) uxori debitum reddat, sicut^v et uxor viro. Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir^w; similiter autem et vir potestatem sui corporis non habet^x, sed mulier"**. Hoc autem de debito spirituali^y nunquam potest intelligi, cum statim dicatur de hoc debito (7,5) : **"Nolite fraudare^z invicem nisi forte ad tempus ut vacatis orationi"**. Si enim intelligeretur de debito spirituali, ergo tempore orationis liceret committere fraudem, igitur de temporali loquitur carnis comixtione^h, quod quidem manifeste laudat Apostolus cum subdit : **"Iterum revertemini in idipsum, ne temptat vos Sathanas propter incontinentiam vestram"**, igitur^c sanctum est matrimonium^d et per ipsum vitatur^e diaboli temptatio, et incontinentie labes^f occiditur, cum per eundem Apostolus alibi^g dicatur (*Eph.* 4,27) : "Nollite^h bonum locum dare diabolo", et alibii (*I Cor.* 6,18) : "Fugite fornicationem". Nota, tu catholice, (F^o 172 v^o) quod hic^j dicunt (80 r^ob) heretici^k Paulum nimis latum os^l habuisse, et tu ergo triumphando dicas suos episcopos sanctiores Paulo esse, quia ora habent sanctiora^m.- Idem in eodem (*I Cor.* 7,10) : **"His autem qui matrimonio iuncti sunt precipio, non ego, sed Dominus, uxorem a viro non discedere. Quod si discesserit manere innuptam"**, quod sonat sine aliquo esse viro aut viro suo reconciliari, "et vir uxorem suam non dimittat". Ergo bonum est carnale matrimonium, siⁿ preceptum Domini est quod non separetur. Nec aliqua ratione potest hoc de spirituali matrimonio^o intelligi, quod secundum hoc sonaret ita, quod si quis separetur a Christo vel ab episcopo, quod esset postea sine eo, quodp esset falsissimum^q, quia nunquam Dominus daret preceptum mortis.- Idem in eodem^f (*I Cor.* 7,12) : "Dico ego, non Dominus : **Si quis autem frater uxorem ((F^o 173 r^o) habets infidelem et hec consentiat^t habitare cum illo, non dimittat illam, et si qua mulier etc...**". Hoc spiritualiter non potest intelligi, quia nunquam frater, id est episcopus, debet habitare cum ecclesia infideli, nec etiam habet ecclesiam infidelem sub se, nam eo^u ipso non est ecclesia que est infidelis.- Idem in eodem (*I Cor.* 7,27) : "Alligatus es uxori ? noli querere solutionem", sed sequitur ibi quod contra nos

j. non est ... sanctum / salventur homines vivendo secundum ipsum T.- k.. *deest* T.- l. VIII T.- m. et ... habebat *deest* T.- n. vitandam ... dicere / inter nos. Itaque nec propter hoc potest intelligere T.- o. paterinus T.- q. quod ... est *deest* T.- r. concessit T.- s. de se *deest* T.- t. et ego *deest* T.- u. + similiter T.- v. similiter T.- w. viri P.- x. non hab et sui corporis T.- y. speciali P.- z. + ad T.- a. liceret ... commixtione / licet obmitti fraus de debito spifrituali, quod sanctius deberet reddi. Ergo loquitur de temporali, scilicet carnis commixtione T.- b. Item P.- c. ergo T.- d. *deest* T.- e. vetatur T.- f. incontinentie labes / incontinentia T.- g. alibi per ... T.- h. non est P.- i. Iterum T.-j. hoc T.- k. + Apostolum T.- l. os multum latum T.- m. et tu ... sanctiora *deest* T.- n. sed P.- o. de spirituali matrimonio / spiritualiter T.- p. postea ... quod / passus inde T.- q. severissimum T.- r. + nam ceteris T.- s. habet uxorem T.- t. consentit P.- u. hoc T.-

videtur esse : sequitur enim^v : "solutus es ab uxore, noli querere uxorem". Dicit enim hereticus: quod bonum est debemus querere, sed uxorem non debemus querere, ergo matrimonium non est bonum. Respondeo : bene debet dimitti ad bonum, ne queretur ut maius et melius habeatur^w.- Item in eodem (*I Cor.* 7,28) : "**Etsi nupserit virgo^x non peccavit^y**. Tribulationes autem carnis habebunt^z". Hoc nullatenus ibi^a potest intelligi spiritualiter^b, quia secundum hoc diceret Apostolus virginem (*F° 173 v°*) esse animam que est sine pastore, qui sponsus est animarum; igitur est in meliori statu, quod verum est. Item diceret animam que est cum pastore vel cum Christo habere tribulationem carnis, quam non fuisset habitura si sine pastore vel sine Christo esset, quod falsissimum est^c.- Item in eodem (*I Cor.* 7,38) : "**Si quis autem turpem se videri estimat super virgine sua quod sit superadulta^d et ita oportet fieri, quod vult faciat, nec peccat si nubat^e**". Illa verba impossibile est non ad litem (*Corr.*: litteram) intelligere^e.- Item in eodem^f (*I Cor.* 7,38) : "**Igitur qui matrimonio iungit^g virginem suam bene facit^h**". Ergoⁱ secundum hoc melius faceret qui virginem, id est animam^k non iungeret^l matrimonio^m Christo vel episcopoⁿ (*F° 174 r°*) quam qui iungereto, quod patet omnibus parum esse^p; non^q potest igitur sic^r exponere^t, ut dicat : qui iungit virginem^u viro spirituali bene facit, quia secundum hereticum, qui iungit matrimonio, subaudi carnali, melius facit, et qui non iungit matrimonio^v spirituali non iungit carnali^w. Beneficiendo iungit spirituali, ergo unum est idem quod reliquum^x. Quomodo ergo^z iste illo^a melius facit, cum nihil aliud facit ? – Item in eodem (*I Cor.* 7,39) : "**Mulier alligata est legi quanto tempore vir eius vivit; quod si dormierit vir eis, liberata est a lege viri : cui vult nubat, tantum in Domino**". Beatior autem erit si sic^b permanserit, secundum meum consilium". Ergo^c matrimonium carnale bonum est. Preterea sequitur ex hoc quod^d mortuo primo viro non^e est peccatum transire ad secundas nuptias, vel^f si spiiualiter (*F° 174 v°*) posset intelligi, ergo mortuo viro^g spirituali beatior esset si staret^h sine alio, quod falsumⁱ est^j. – Ad Ephes. (5,28,32) : "**Et ita viri debent diligere uxores suas ut corpora sua, quia qui uxorem diligit seipsum diligit. Nemo enim unquam carnem suam odio habuit, sed nutrit et fovet eam sicut Christus est** (*Cor.*: Ecclesiam), quoniam membra sumus corporis eius, et de ossibus eius. Propter hoc reliquat homo patrem et matrem et adheret uxori sue, et erunt duo in carne una".- Ad Ly (*Corr.*: Ti) (*I Tim.* 2,14-15) : "**Adam non est seductus. Mulier autem seducta in prevaricatione fuit; salvabitur autem per filiorum suorum generationes si permanserit** etc...^k".- Idem quarto^l (*I Tim.* 4,1-3) : "**Spiritus autem manifeste dicit^m**" usqueⁿ ibiⁿ : "**prohibentium nubere**". Ergo male faciunt Patarini^o qui prohibent matrimonia^p temporalia. Si enim^q intellexisset spiritualiter^r Apostolus, facile (*F° 175 r°*) erat sibi dilucidare^s, dicens "prohibentium" bene facere.- Idem quinto (*I Tim.* 5,14) : "Volo ego iuniores nubere et filios procreare, matres familias esse, nullam occasionem date adversario

v. sed ... enim *deest* T.- w. Dicit ... habeatur *deest* T.- x. *deest* T.- y. peccat T.- z. +huiusmodi T.- a. Non ... ibi / Et hoc spiritualiter nunquam T.- b. spiritualiter potest exponi T.- c. est sine pastore ... falsissimum "/ quod esset in meliori statu, quod falsum est. Iterum diceret animam que est cum pastore habere tribulationes carnis, que non fuisset habitu malum, quia indigeret venia, cum statim subiungat : "Ego autem vobis parco", quod falsum est T.- d. semper adulta P.- e. Item ... intelligere *deest* T.- f. XI T.- g. iungit matrimonio P.- h. ergo... sequitur *deest* T.- i. + Si spiritualiter vellet intelligere scismaticus, audiat inconvenientiam T.- j. quia T.- k. id est animam / suam T.- l. coniungeret T.- m. viro T.- n. Christi vel episcopi P.- o. coniungeret T.- p. quod ... esse *deest* T.- q. nec T.- r. *deest* T.- s. exponi T.- t. + suam T.- u. viro T.- v. viro P.- w. + et qui non iungit carnali T.- x. unum ... reliquum / idem est unum quod reliquit T.- y. quando T.- z. *deest* T.- a. ille P.- b. *deest* P.- c. + et temporale T.- d. carnale ... quod *deest* T.- e. nec P.- f. videtur T.- g. + uno T.- h. est si stat T.- i. factum P.- j. + nec potest illud verbum "beatior" exponi sic ut dicat, scilicet si permanserit in dominatione. Ergo si non permanet est beata;quod est magna abusio T.- k. Ad Ephes. ... etc. *deest* T.- l. III T.- m. et cui P.- n. in T.- o. Patarini T.- p. illa T.- q. *deest* T.- r. spiritualiter intellegisset T.- s. diiudicare T.-

maledicti gratia". Sed istas quas prohibet, sive precipit devitare Apostolus recipi in spirituali matrimonio dicit velle nubere, quod nunquam secundum actum potest intelligi nisi ad litteram, alias esset sibi ipsi contrarius. Sed hoc vult, ergo bonum est, quando enim nisi bonum constet voluisse "vas electionis"^t.- Ad Hebreos decimo tertio^u (13,4) : "Honorabile connubium et thorus immaculatus. Fornicatores et adulteros iudicabit Deus^v...".- (I Petr. 3,5) : "Sic enim aliquando sancte mulieres sperantes in Deo ornabant se subiecte (Corr.: subiicere) propriis viris, sicut Sara...". Hoc de spiritualibus uxoribus intelligi non potest, cum coniuncte non (F^o 175 v^o) essent secundum hereticum. Ergo bonum est temporale matrimonium, cum in eo coniuncte sancte dicantur a tanto teste Veritatis^w.- Item Mathei secundo (Mt 1,18) : "Cum esset desponsata mater Iesus^x Maria etc... ". Si^y matrimonium sanctum non esset, nunquam in eo mater Domini^y coniuncta esset.- Idem decimo nono (Mt 19,39) : **"Et accesserunt ad eum Pharisei temptantes eum et dicentes : si licet homini dimittere uxorem suam quacumque ex causa, qui respondens ait illis^a : Non legitis quia qui fecit ab initio masculum et feminam fecit eos et dixit : Propter hoc relinquet homo patrem et matrem, et adheret uxori sue, et erunt duo in carne una.** Itaque iam non sunt duo, sed una caro^b.. Itaque quod Deus coniunxit homo non separet. Dicunt illi : Quid ergo Moyses etc...^c", et post^d : **"Dico autem vobis quia quicumque dimiserit uxorem suam (F^o 176 r^o) nisi ob causam fornicationis et aliam duxerit meatur^e".** Ex his verbis patet manifeste matrimonium temporale (80 v^oa) sanctum et iustum esse.

QUOD POTESTATES NON PECCANT VINDICTAM TEMPORALITER SUMENDO^f DE MALEFACTORIBUS

Ad Romanos decimo tertio (13,1-5)^g : **"Potestatibus sublimioribus^h subdita sit.** Non est potestas nisi a Deo. Que autem sunt, a Deo ordinata sunt. Itaque qui resistit potestatiⁱ ordinationi Dei resistit. Qui quemadmodum (Corr.: autem) resistunt^j ipsi^k sibi^l dampnationem acquirunt. Nam principes non sunt timori boni operis sed mali. **Vis autem^m non timere potestatem ? Bonumⁿ fac et habebis (F^o 176 v^o) laudem ex illa^o : Dei enim^p minister tibi^q est in^r bonum. Si autem males feceris, time. Non enim sine causa gladium portat.** Dei enim minister es : vindex in iram ei qui malum agit^t. Ideo^u necessitate^v subditi estote". Hec verba nunquam spiritualiter possunt^w intelligi prout quidam autumant heretici^x, quia nunquam prelati spirituales^y in Novo Testamento dicuntur^z potestates vel reges, sed prepositi, ut^a ad Thessalonicenses quinto (I Thes. 5,12-13) ibi^b : "Rogamus autem vos^c, fratres, ut noveritis eos qui laborant^d inter vos et presunt vobis in Domino", vel^e dicuntur^f servi vel ministri nominibus^g humilibus.- Item nunquam correctio dicitur gladius in nova Scriptura^h.- Item quinto (I Thes. 5,13) nonⁱ legis^j quod eis prebeantur tributa. Itaque loquitur Apostolus de potestatibus secularibus quibus et iudicium^k sine peccato facere concedit. Non etiam posset

t. Idem quinto ... electionis *deest* T.- u. III T.- v. Deus iudicabit P.- w. Sic enim ... Veritatis *deest* T.- x. *Sic codd.* y. + enim P.- z. Dei P.- a. Si licet ... illis / etc T.- b. et adheret ... caro / etc... T.- c. dicunt . etc *deest* T.- d. postea T. e. nisi .mecatur *deest* T.- f. faciendo T.- g. + omnis anima T.- h *deest* T.- i. resistit potestati Dei ordinationi T.- j. qui ... resistunt *deest* T.- k. *deest* P.- l. *deest* T.- m. Item vis P.- n. bene P.- o. ea T.- p. *deest* P.- q. *deest* T.- r. est in / etiam P.- s. malum T.- t. malefecit P.- u. Ideoque P.- v. *deest* P.- w. possent T.- x. heretici aiunt T.- y. spiritualiter P.- z. in Novo ... dicuntur / sic vocantur ut dicunt T.- a. + innuit Apostolus T.- b. *deest* T.- c. *deest* T.- d. laborent P.- e. sed T.- f. dicantur P.- g. hominibus P.- h. Item ... Scriptura *deest* P.- i. *eest* P.- j. legitur T.- k. vindictam T.-

quis dicere quod non comendent (*Corr.*: commenderet) secularem potestatem sed laudem humanam, cum dicit Ioannes (*Sic*) (*Rom. 13,5*): "**Neces-** (*F^o 177 r^o*) **sitati subditi estote non solum propter iram, sed propter conscientiam**^l".- Ad Corinthios prima sexto^m (*I Cor. 6,1-15*): "**Audet aliquis vestrum habens negotium adversus alterumⁿ iudicari^o apud iniquos et non apud sanctos ? An nescitis quoniam sancti de hoc mundo iudicabunt, et si in vobis iudicabitur, indigni estis quod de maximis iudicetis; nescitis quoniam angelica iudicia** (*Corr.*: angelos iudicabimus) ? **Quanto magis secularia.** Secularia igitur, si habueritis, contemptibiles, qui sunt in Ecclesia, illos constituite ad iudicia, ad verecundiam vestrum dico, sicut enim (*Corr.*: sic non) est inter vos, etc...". Ecce quod Paulus^l manifeste^m exprimit quod iudicia seculariaⁿ debent fieri a fidelibus et a sanctis, igitur^o bona sunt.- Ad Thimoteum prime secundo (*I Tim. 2,1-2*): "Obsecro igitur primo^p omnium fieri obsecrationes^q, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus^r, pro regibus et omnibus qui in subli- (*F^o 177 r^o*) mitate constituti^s sunt, utt quietam et tranquillam vitam agemus". Hoc autem non fieret nisi malos punirent, ergo bonum est malos a iudicibus puniri. Si autem dicat hereticus quod non sit orandum pro eis si occidant, set ut convertantur, male dicitur illud : "ut quietem et tranquillam, etc..." Parum enim curant malefactores de conversatione, immo potius gaudent, quia tunc potentius inquietant quietos^u.- Petri secundo (*I Petr. 2,13-14*): "**Subditi estote omni humane creature propter Deum,** sive regi quasi^v precellenti sive ducibus tanquam^w ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum". Igitur boni possunt esse duces si sint a Deo^x missi et bona^y sunt iudicia sua que in malefactoribus exercent, cum ad illa exercenda sint^z a Deo missi et si eis debemus obedire^a.- Idem in eodem (*I Petr. 2,18*): "**Servi, subditi estote in omni timore dominis vestris^b non tantum bonis et modestis, sed etiam discolis**". Ergo bona sunt dominia^c secularia si eis beatus Petrus vult subditos esse fideles^d, nec de dominis^c spiritualibus potest hoc intelligi, cum^f secundum hereticum malis prelati minime debemus^g obedire.-

Ioannis tertio (*I J 3,8*): "In hoc aparuit Filius Dei, ut dissolvat^h (*F^o 178 r^o*) opera diaboli", sed cum secundum Patarinum omniaⁱ corpora^j sunt opera diaboli, et cum^k Apostolus dicat (*I Cor. 11,1*): "Imitatores mei estote sicut^l ego Christi", ergo non est peccatum non solum iudicio, sed etiam^m aliter occidere, immo bonumⁿ videtur.- Mathei decimo sexto (*Mt 15,4*): "Nam Deus dixit : "**Honora patrem et matrem, et qui maledixerit patri et matri morte moriatur**". Igitur^o si Deus dicit hoc, debere occidi hunc malefactorem^p, bonum est^q eum vel nequiores occidere. Vel si spiritualiter hanc scripturam et alias que de iudicio materiali videntur loqui volunt^r intelligere, dicant^s ergo^t quare illas scripturas que videntur loqui de eo^u non faciendo nolunt^v spiritualiter intelligere, ut est illud^w : "non occides", ut sic exponerent qui non peccabant mortaliter.- Idem decimo tertio (*Mt 22,7*): "Hoc autem cum audisset iratus est, et missis exercitibus suis^z perdidit homicidas illos".- Item in (*F^o 178 v^o*) eodem (*Mt 22,21*): "Tunc ait illis : reddite ergo que sunt Cesaris Cesari, et que sunt Dei Deo^y".- Ioannis octavo (*Jn 8,7*): "Et dixit ei : **qui sine peccato est primus in eam lapidem mittat**", sed quando^z dixit, qui^a sine peccato est, innuit aliquem esse posse^b sine peccato,

l. . Non etiam... conscientiam *deest* T.- m. X T.- n. fratrem T.- o. vindicari P.- l. An ... Paulus *deest* T. + Hic T.- m. +Paulus T.- n. secularia iudicia T.- o. ergo T.- p. primum P.- q. obsecrationem P.- r. orationes ... hominibus *deest* T.- s. *deest* T.- t. et P.- u. Si autem ... quietos *deest* T.- v. rege, quasi *deest* P.- w. qui T.- x. sint a Deo / autem Dei T.- y *deest* T.- z. sunt T.- a. + Idem in eodem (17) : "Deum timete, regem honorificate" . b. *deest* T.- c. iudicia T.- d. servos T.- e. *deest* T.- f. ut P.- g. debeat T.- h. dissolveret P.- i. *deest* T.- j. tempora P.- k. *deest* T.- l. + et T.- m. nec T.- n. bonum / sanctum valde T.- o. ergo T.- p. maledictum P.- q. + meritorium T.- r. + spiritualiter P.- s. dicam T.- t. quod ego T.- u. *deest* T.- v. volunt P; velim T.- w. est illud / ecce T.- x. *deest* T.- y. Item ... Deo *deest* T.- z. cum hoc T.- a. *deest* T.- b. posse esse T.- .

scilicet^c mortali, et secundum hoc innuit illum eam^d potuisse^e lapidare si quis talis fuisset ibi^f. Igitur^g tacite concessit aliquando iudicium posse^h fieriⁱ. – Idem decimo octavo (*Jn 19,11*) : "Et respondit Iesus : Non haberes potestatem adversus me ullam, nisi tibi datum esset desuper". Hic enim quis exponere potest "desuper" id est a Cesare, quia Cessar non potuisset Pilato potestatem super Dei Filium concedere. Nec etiam potest dici "desuper" id est a Diabolo, quia secundum hoc potestas Diaboli esset potestas in Filio Dei, quod obscurum (*Corr.*: absurdum) esset dicere. Ergo oportet sic exponi "desuper", id est a Deo; ergo non solum potestates que a Deo (*Corr.*: in bono) exercentur (*F^o 179 r^o*) sunt a Deo, sed etiam que exercentur in malo^j.- Luce decimo nono (*Lc 22,38*) : At^k illi dixerunt : Domine, ecce duo gladii hic; at^l ille ait^m : satis estⁿ. Si isti^o duo gladii significant duos gladios in Ecclesia Dei, que sunt^p materialis et spiritualis^q, ergo uterque bonus est et concessus a Deo^f. Nec potest dicere Patarinus, hoc debere intelligi de duobus Testamentis, cum secundum eos non sit (*80 v^ob*) in sancta Ecclesia, id est Vetus.- Ac. quinto (*Act. 5,5 et 5,9-10*) : "Audiens autem Ananias hec verba cecidit et expiravit"... , et postea Saphire ait similiter beatus Petrus : "Ecce pedes eorum qui sepelierunt virum tuum ad hostium, et efferent te. Et confestim cecidit ante pedes eius". – Vigesimo secundo (*22,25*) : "**Si hominem romanum et non damnatum licet vobis flagellare ?**".- Idem vigesimo tertio (*Act. 23,17*) : "Vocans autem ad se Paulus unum ex centurionibus ait etc...". Ecce hic aperte habetur quod Paulus conduxit per nepotem suum "milites et (*F^o 179 v^o*) lanciaros" (*23,23*) contra insidiatores suos, et ivit cum eis ubi credidit se homicidium fieri posse; quod quidem non fecisset si peccatum mortale fuisset; nam potius deberet vir sanctus velle mori quam occasionem daret scandalis. Igitur non omne homicidium est prohibendum.- Idem vicesimo sexto (*Act. 25,10*) : "Dixit Paulus : ad tribunal Cesaris etc...ibi oportet iudicari, Cesarem apello". Ecce quod auxilium iuris civilis et potestatem civilem imploravit Paulus, igitur non est malum.- Item multi facientes iudicia comendantur in Scriptura^t, sicut Moyses, David^u, igitur^v sine peccato possunt fieri.- Ad Titum tertio (*3,1*) : "Admone illos principibus et potestatibus subditos esse, etc...^w".

QUOD IURAMENTUM POSSIT ALIQUANDO FIERI SINE PECCATO

Ad Romanos primo (*1,9*) : "Testis est mihi^x Deus cui servio in spiritu meo etc...". Ecce quomodo attestatur Deum^y.- Idem nono^z (*9,1*) : "Veritatem dico in Christo Iesu^a, non mentior, testimo- (*F^o 180 r^o*) nium perhibente mihi^b conscientia mea in Spiritu sancto^d". Vide quoniam^e attestatur Christum et Spiritum sanctum.- Ad Corinthios secundo (*II Cor. 1,23*) : "**Ego autem testem Deum invoco in animam meam quod parcens vobis non veni^f**". Ecce maximum^g iuramentum, quia si^h mentitur Paulus, invocatur **testimonium Dei in animam suam**, id est contra animam suam. Sed idem est testimonium Dei quod iudicium Deiⁱ; ergo quale fuit iuramentum Petri, quale est nostrum^k : "Si Dominus (scilicet^l Deus) nos aduvat !",

c. *deest* T.- d. *deest* T.- e. posse P.- f. Si ... ibi esset T.- g. Ergo T.- h. *Deest* T.- i. + Item multi ... fieri T.- j. si ... ibi esset T.- k. Et P.- l. et T.- m. dixit P.- n. sufficit T.- o. Illi T.- p. que sunt / scilicet T.- q. corporalem et spiritualement T.- r. et Deo *deest* T.- s. dicere potest Patarinus T.- t. in sacra Scriptura commendantur T.- u. Dvid / et multi alii T.- v. ergo T.- w. Ad ... etc *deest* T.- x. enim mihi est T.- y. Ecce quando in spiritu meo etc... P.- z. X T.- a. + et T.- b. mihi perhibente T.- d. *deest* P.- e. vide quoniam / scilicet hic T.- f. + etc...T; + ultima Corinthiorum P.- g. magnum T.- h. quod non T.- i. in animam ... suam *deest* T.- j. iudicium Dei / in Deum T.- k. + cum dicimus T.- l. Domoinus scilicet *deest* T.-

quod sonat : "si verum dico, adiuvet me Deus, aut^m minime".- Idem septimo (*II Cor. 2,17*) (*F° 180 v°*) : "Non enim sumus sicut plurimi adulterantes verbumⁿ Dei, sed ex sinceritate ex Deo, coram Deo in Christo loquimur".- Ad Galatas (*1,20*) : "Que autem scribo vobis : ecce coram Deo quia^o non mentior".- Ad Ephesios^p (*4,17*) : "Hoc^q igitur^r dico et testificor in Domino".- Ad Philippenses primo (*1,8*) : Testis est mihi Deus quomodo capiam vos in visceribus Iesu Christi".- Ad Tessalonicenses ultimo (*I Thes. 5,27*) : "Adiuvo vos per Deum ut legatur omnibus sanctis fratribus". Ecce quomodo Apostolus Deum adducit in coniurationem.- Prime Thimot. quarto (*I Tim. 2,7*) : "Veritatem dico etc...".- Idem secundo quarto (*II Tim. 4,1*) : "Testificor coram Deo et Christo Iesu^s".- Ad Hebreos tertio (*3,11*) : "Quibus iuravi in ira mea etc...".- Idem sexto (*6,13*) : "**Abrahe namque promittens Deus, quoniam neminem habuit per quem iuraret maiorem**"... et post (*6,16*) : "**homines vero per maiorem sui iurant, et omnis sibi^v controversie^w finis est iuramentum**".- Hic manifeste ostendit (*F° 181 r°*) Apostolus formam iuramenti quia faciendum est per maiorem^x, et aperte probat^y iuramentum bonum esse^z, cum dicit illud Deum fecisse, et cum dixit : "omnis controversie finis", nam^a si est^b finis controversie, igitur^c bonum est.- Apocalypsis decimo dicitur quod angelus quem Ioannes vidit stantem supra mare^d manum suam levavit ad celum, et "**iuravit per Viventem in secula seculorum**" (*Apo. 10,6*), et undecimo (*Sic*) (*Act. 2,30*) : Propheta igitur cum esset et sciret quia iurando iurasset etc...^f".- Ioannis duodecimo (*13,21*) : "Et dixit : Amen, Amen, dico vobis quia unus ex vobis tradet me". Ecce iuramentum. Si vero dicat quia unum (*Corr.*: amen) sic intelligitur per hoc quod subiceret postea, scilicet quia "unus ex vobis me tradet", quod representat unum (*Corr.*: amen), sic ergo plus dixit quam si diceret "sic, sic", et videtur iuramentum.

Nota in hoc articulo : quatuor modis procedis contra hereticum :

Primo ut queras ab heretico si iuramentum est peccatum (f° 181 v°) ita quod nullo casu possit bene fieri. Qui respondebit quod sic. Cui catholicus respondebit : Fornicatio est tale peccatum, sed Deus non potuit unquam fornicari, ergo nec... sed Deus iuravit, ergo aliquando potuit bene fieri.

Secundum modum est : Hic homo Paulus iuravit et angelus et Deus, ergo sufficit mihi quod sum iustus ut doctor Gentium et angelus vel ut Deus, quia sufficit discipulo ut sit sicut magister eius.

Tertius modus est ut interroget eum : Quid est iuramentum ? Si dixerit quod Dei coniuratio, habeo propositum. Si dicet quod iurare est quidquid amplius est quam "est et non" dicere, tunc ponatur de Paulo, de Christo ut supra. Si dicat quod proprie iuratur cum dicitur "per Deum", tunc obiicitur de angelo in Apocalypsi ut dictum est, vel etiam Deum sic iurasse.

*Quartus modus est ut querat (F° 182 r°) ab eo qua ratione iurare verum sit malum, cum per Deum fit, si vere dixit quia Deus invocatur in suum auxilium, verbum dicendo et abominabilis est. Sin autem dixerit quia iurare malum quia iudeo (*Corr.*: in Deo) videtur ponere spem, abominabilior erit. Sin autem dixerit quod quia prohibitum, tunc rationem prohiberem (*Corr.*: prohibentem) quere ab eo^g.*

Si hereticus dicat non debere iurare per Evangelium, tunc dicendum est quod nunquam invenitur prohibitum; et si per creaturam, concedendum est ei^h.

m. sic autem T.- n. IIII T.- o. quod T.- p Phil. T.- q. hic P.- r. autem T.- s. Ad Philippenses ... Iesu deest T.- t. Abrae T.- u. sequitur T.- v. deest T.- w. + eorum T.- x. + cum a more cencetur a mendacio T.- y. approbat + manifeste T.- z. bonum esse deest T.- a. deest T.- b. deest T.- c. ergo T.- d. dicitur ... mare /: Et angelus quem vidi stantem supra mare et super terram T.- e. + Et hic satis approbat iuramentum cum dicit angelum illud fecisse T.- f. et undecimo... etc deest T.- g. Ecce iuramentum ... ab eo deest T.- h. Si hereticus... ei deest P.-

QUOD PURGATORIUM SIT ET DE OBSEQUIIS
PRO DEFUNCTIS QUOD PROSUNT EISⁱ

Mathei decimo septimo^j (12,31) : "**Qui autem dixerit contra Spiritum** sanctum, non remittetur ei, nec in hoc seculo nec^k in futuro". Innuit aliquod peccatum in Patrem vel^l Filium remitti aliquando in futuro, sed hoc in loco inferni non fiet^m (*F° 182 v°*) quia ibi nulla est redemptio, cumⁿ Dominus dicat (*Mt 25,41*) : "Item maledicti^o in ignem eternum", item nec^p in paradiso dimittetur, cum ibidem^q nullum peccatum portetur vel pene peccati^r; igitur est alius locus, qui purgatorium^s dicitur, ubi fit remissio.- Ad Corinthios (*I Cor. 3, 12-15*) : "**Si quis autem edificarit^t supra fundamentum hoc^u aurum, argentum, lapides pretiosos^v, ligna^w, fenum, stipulam^x, uniusquisque opus^y manifestum erit. Dies enim Domini declarabit^z quoniam in igne revelabitur^a, et uniusquisque opus quale sit, ignis probabit. Si cuius opus manserit quod superedificavit^b mercedem accipiet. Si cuius opus arserit^c detrimentum patietur^d, ipse autem salvus erit, sic tamen quasi^e per ignem**". Ergo si quis edificat^f super fundamentum qui est Christus aurum^g, argentum, lapis (*Sic*) pretiosos^h, dies Domini declarabit, id est die futuri seculi, quia erit ignis qui revelabit omnia. Si quidem (*F° 183 v°*) tale opus quisⁱ fecerit quod non indigeat igne, mercedem recipiet hanc, scilicet quia penam non sustinebit; alias vero^j etsi sit salvus, id est in statu salutis, cum de peccatis factis non egerit plenam penitentiam, tamen^k per ignem purgatorii transibit. Ergo est purgatorium, nec^l potest dicere hereticus diem Domini diem in qua penitentiae fiunt^m in hoc seculo, et ignem (scilicet tribulationes) quem pro peccatis hic sustinent sancti, quia dicit : "si cuius opus manserit (id est bonum fuerit), mercedemⁿ etc... si cuius opus arserit^o, id est reprobatum fuerit (*81 r°a*), ipse autem salvus fiet^p, quia hoc esset derisorium dicere. – Item Mathei decimo octavo^q (16,27) : "Filius hominis venturus est cum angelis suis, et tunc reddet unusquisque secundum opera sua^r", ergo tunc cui pro peccatis non reddiderit^s penam in hoc seculo reddet^t in inferno, nec^v in paradiso, constat quod^w reddet in purgatorio ut appareat iustus iudex. Preterea est quod qui decedat^x in caritate, tamen de multis non egit penitentiam, et alter similiter decedat in eadem caritate, et tanta quod^z de omnibus peccatis^a satisfecerit in presenti^b, constat quod in patria erunt^c eiusdem meriti cum sint eiusdem caritatis, quia per mensuram^d caritatis mensurabitur premium; sed secundum unum plus^e recipiet quam primus, cum nec primus^f punietur in purgatorio, igitur melioris conditionis est qui non egit fructus penitentiae quam qui agit, cum sufficiat cordis contritio cum caritate^g, cum ille^h laborem sustinet ante premium, ille vero nonⁱ; et

i. quod prosunt eis *deest* T.- j. XIII T.- k. neque T.- l. + in T.- m. nec fieret P.- n. unde P.- o. ita maledicti *deest* T.- p. neque T.- q. illum T.- r. peccati pena T.- s. purgatorium T.- t. superedificaverit T.- u. hic P.- v. lapidem pretiosum P.- w. *deest* P.- x. *deest* P.- y. + quale sit P.- z. revelabit T.- a. quoniam... revelabitur *deest* T.- b. superedificat P.- c. arserit T.- d. patietur P.- e. quod P.- f. si qui sunt qui edificant P.- g. aurum qui est Christus T.- h. argentum, lapides pretiosos *deest* T.- i. *deest* P.- j. aliter non T.- k. inde P.- l. non T.- m. que fit P.- n. fuerit, mercedem / manserit P.- o. fuerit P.- p. erit ? T.- q. XVII T.- r. opus suum T.- s. reddit T.- t. decedit in contritione T.- u. reddat T.- v. vel T.- w. constat quod *deest* T.- x. quis decedit T.- y. tamen ... caritate *deest* T.- z. que P.; *deest* T.- a. peccatis multis T.- b. in presenti *deest* T.- c. erunt T.- d. pro mensura T.- e. non prius P.- f. primus... primus *deest* T.- g. contritio cum caritate / caritas T.- h. illum P.-

maxime^j secundum patarinum, qui estimat omnia premia equalia^k. Sed si hoc esset (184 r^o), verum^l, ad quid igitur^m ieiunium et ceteraⁿ abstinentie predicate sunt et fiunt^o ? Igitur cum hec sint inconvenientia magna que sequuntur inde^p, restat esse purgatorium, ut peccata minus debito^q per penitentiam purgata ibi^r purgentur.

QUOD ORATIONES ET ALIA SUFFRAGIA^s PROSUNT DEFUNCTIS OSTENDITUR HIC^t

Ioannis primo antepenultimo^u (I J 5,16) : "Est peccatum ad mortem, non dico ut pro illo quis oret", quod in^v oratione que fit pro vivis non poterit hereticus sustinere^w, nullum enim^x peccatum est adeo mortale pro quo orare non liceat dum vivit ille peccator, sicut^y nobis exemplum prebuit Dominus^z, qui^a pro suis crucifixoribus oravit^b; et beatus (F 184 v^o) Stephanus similiter, et Dominus dicat : "Orate pro persecutibus vos^c etc..." (Mt 5,44).- Idem^d ad Corinthios^e (I Cor. 15,16) : "Si mortui non resurgunt, quid faciunt qui baptisantur pro mortuis ?", sed alius baptismus non fit pro eis nisi oratio, elemosina et similia^f, ergo talia pro defunctis prosunt.- In primo Macchabeorum decimo I^o (II Macc. 12,42-44) : "**Vir fortissimus Iudas collatione facta etc...**^g **maxime salubre est orare pro defunctis**^h". – Item Martha et Maria pro Lazaro orantesⁱ impetraverunt, ergo pius est pro defunctis orare^j.

Contra nos videtur illud Apoc. (Apo. 14,15) : "et similia opera enim illorum sequuntur illos". Non dicit opera aliorum, sed eorum.- Respondeo : opera nostra sunt illorum in quantum pro eis facta, sicut iste facit ignem et me calefaciat, meus est ignis. Item illius est qui facit, quia et sibi utilis faciendo, enim seipsum calefacit^k.

QUOD IN ECCLESIA DEI (F^o 185 r^o) SUNT BONI ET MALI QUAMDIU PEREGRINATUR^l IN PRESENTI

